quo ipsa subsistit: quasi dicant: ob id quod ipsi non credunt, nempe quod Meschia nondum uenerit, ideo reputãt Christianos pro alienigenis, cum tamẽ in magno errore sint, non aduertentes locum scripturæ integrũ, sed mutantes textum pro arbitrio suo & pro opinione sua, quatenus posint accipere usuram & ampliare bona sua leuiter & absque fatigatione atque labore. Et quoniam innituntur huic sententiæ & sese dediderunt usuræ, nõ possunt dimittere eã, sed uadunt post lucrum diuitiarum suarum, quatenus leuiter ditescant & absq; fatigatione, & sic sit, ut cum illis arrideant diuitiæ perdãt animas suas seruiantq; mammonæ. Et cum cor illorũ usq; adeo sit incensum ad mammonã, reputat sanctus ipse, qui est benedictus, eos quasi cultores idolorum:

כלו' כיון שאינם מאמ
מאמיני' כמו שהם מ
מאמינים שמשיח לא
בא לכן חושבים את ה
המשיחיים כנכרים א
אבל טעות בידם כי לא
סגרו הקרא כו' לכן הם
משנים הקרא כרצונם
ולדעתם כדי שיוכלו
לקחת רבית ולהרויח מ
ממונם בקל בלי טורח
ועמלה לפי שהם סמ
סמוכים על זה הקרא
ונשתרשו ברבית לא י
יכלו לעזוב ממנו ו
והולכין אחר ריוח מ
ממונם שהם יכולים ל
להתעשר בקל בלי יגי
טורח ומתוך שחביב ע
עליהן הממון הם או
אובדים את נשמתן ו
ועובדים לממון ומאחר
שלבם כל כך להוט אחר
הממון מעלה הקב"ה ע
עליהם כאילו הם ע
עובדי ע"ז והממון גו'

&

גורם עליהם שהן טר
טרודים מעולם הזה ו
ואין להן חלק בעולם
הבא כי לא הם מקימי
הקרא יגיע כפיך כי ת
תאכל אשריך וטוב לך:
משמע כל אדם שמרויח
ממון במעשה ידיו אש
אשריו בעולם הזה ו
וטוב לו בעולם הבא א
אבל אותן שמרויחין א
את ממונם בלי טורח ו
ועמלה רל״ שלוקחין י
ורבית אין להן תקוה ל
לעולם · ומתוך שהם
סומכין על הקרא דל
דלע״יל הם אובדים בע
בעולם הזה רל״ שגורם
להן שהם גולין ונט
ונטרדים ונדחים בין
האומות ואין להן חלק
בעולם הבא · ועוד
הם עוברים על דברי ת
תורה שהקרא לא מש
משמע כמו שהם מפ
מפרשים וחושבין הנ

& temporalia illa præbēt eis occaſionem, ut addicti ſint huic ſeculo, & non habeant partem in futuro ſeculo, eo quòd non adimplent hunc ſcripturæ locum: Laborem manuum tuarum comedes, beatus tu & bene tibi: cuius loci ſenſus eſt: Omnis homo qui ſtudet ampliare diuitias per opus manuū ſuarum, bene illi, ſed illi quī ampliāt mãmonam ſuam abſque labore & ſudore, hoc eſt, qui accipiunt uſuram, non habent ſpem in æternū. Sic cùm iſti innitantur ſuper lectione iam memorata, pereūt in hoc ſeculo, hoc eſt, cauſam præbent exilio ſuo, quod ſic uexantur & repelluntur inter populos, & non eſt eis pars in futuro ſeculo. Sed & præuaricantur uerba legis, quod is non ſit ſenſus textus ſicut ipſi exponūt, & reputant Chriſtianos ueluti alienos, ob id quòd credunt in Me-

ſchiam iam miſſum, is in quam non eſt literalis ſenſus, cum magis eos ueluti fratres reputare debeant, eo quod & ipſi credant in deum uiuum & regem æternum, ſicut Iehudæi credunt: neq; colant idola, ſed cultores idolorum reputãt pro alienis: unde accipiens uſuram à Chriſtianis, is præuaricatur præceptum legis negatiuum.

המשיחיים בנכריים ל
לפי שהם מאמינים ב
במשיח הנשלח אבל א
אינו כן משמע המקרא
ואחרי הם חושבין באחי'
מאחר שהם מאמינים
באלהים חיים ומלך ע
עולם כמו היהודיים מ
מאמינ' ואינם עובדין
ע"ז ואותן שעובדין ל
לע"ז חושבים בנכריים
לכן כל הלוקח רבית מ
מהם עובר על תורה .

Sunt memorati errores Iehudæorum amice lector, tam craßi & ſtupidi & plane tam aperta mendacia, ut non putem opus, ea hic ſanis refellenda uerbis. Volui tamen obiter illis indicare in ſua lingua, quam perperàm intelligant ea loca, quæ Exo.22. & Deut.23 atq; 28. mentionem faciunt de uſura & ipſi mordicus ea rapiunt atq; in prætenſum ſuum torquent ſenſum. Sed utcunq; tolerabile eſſet Iudæos, qui Chriſtum non agnoſcũt, ex uſura & iniquo quæſtu uictum quærere, niſi & multi Chriſtiani, etiã ſub pietatis prætextu, craßius id agerent, qui in ocio uiuentes, aliorum ſudoribus & laboribus non ad neceßitatem ſed ad luxum per totam uitam ſuam uictitant. Taceo de illis, qui per fas & nefas proximum circumueniunt, & manifeſtis impoſturis non uerentur illum laceſſere.

LEX

תּוֹרַת הַמָּשִׁיחַ

LEX DEI
NOVA QVAE EST
DOCTRINA ET VITA
CHRISTI.

Sequitur
Euangelium Domini nostri Iesu Christi secundum Matthæum.

תּוֹרָה חֲדָשָׁה וְהִיא בְּשׂוֹרַת הָאֲדוֹנֵינוּ יֵשׁוּעַ
הַמָּשִׁיחַ כְּפִי מַתַּי הַמְּבַשֵּׂר׃



IBER generationum Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã. Abrahã genuit Iizhac, Iizhac autem genuit Iacob, & Iacob genuit Iehudam atq; fratres eius. Iehudas uerò genuit Phærez atque Zærah de Thamar. Porrò Phęrez genuit Hezron, Hezron autem genuit Ram, & Rã genuit Aminadab. Aminadab genuit Nahſon, & Nahſon genuit Salmon: Salmõ autem genuit Boaz de Rahab. Cæterũ Boaz genuit Obed de Ruth, & Obed genuit Iiſai. Iiſai autem genuit Dauid regem. Dauid rex genuit Salomonem, ex uxore Vrię. Salomo uerò genuit Rehabeam, & Rehabeam genuit Abijam: Abijam autem genuit Aſam, & Aſa genuit Iehoſaphat. Iehoſaphat uerò genuit Ieho-

ספר

התולדות ישוע המשיח
בן-דוד בן-אברהם׃
אברהם הוליד את-יצחק
ויצחק הוליד את-י
יעקב ויעקב הוליד א
את-יהודה ואת אחיו׃
ויהודה הוליד את-פרץ
וזרח מתמר׃ ופרץ הו
הוליד את-חצרון וח
וחצרון הוליד את-רם ו
ורם הוליד את-עמינדב
׃ ועמינדב הוליד את-
נחשון ונחשון הוליד
את שלמון ושלמון ה
הוליד את בועז מרחב׃
ובועז הוליד את-עובד
מרות ועובד הוליד א
את-ישי׃ וישי הוליד
את-דוד המלך׃ ודוד
המלך הוליד את שלמה
מאשת אוריה׃ ושלמה
הוליד את-רחבעם ורח
ורחבעם הוליד את-א

ram, &

אָסָא וְאָסָא הוֹלִיד אֶת־
יְהוֹשָׁפָט׃ וִיהוֹשָׁפָט
הוֹלִיד אֶת־יְהוֹרָם וִיה
וִיהוֹרָם הוֹלִיד אֶת־עֻז
יָּהוּ הוֹלִיד אֶת־יוֹ
יוֹתָם׃ וְיוֹתָם הוֹלִיד
אֶת אָחָז וְאָחָז הוֹלִיד אֶת
חִזְקִיָּהוּ׃ וְחִזְקִיָּהוּ
הוֹלִיד אֶת־מְנַשֶּׁה וּמ
וּמְנַשֶּׁה הוֹלִיד אֶת א
אָמוֹן׃ וְאָמוֹן הוֹלִיד
אֶת יֹאשִׁיָּהוּ וְיֹאשִׁיָּהוּ
הוֹלִיד אֶת יְכָנְיָה וְאֶחָיו
בְּגָלוּת בָּבֶל׃ וּלְאַחַר
גָּלוּת בָּבֶל יְכָנְיָה הוֹלִיד
אֶת־שְׁאַלְתִּיאֵל׃
וּשְׁאַלְתִּיאֵל הוֹלִיד אֶת־
זְרֻבָּבֶל וּזְרֻבָּבֶל הוֹלִיד
אֶת אֲבִיהוּד׃ וַאֲבִיהוּד
הוֹלִיד אֶת־אֶלְיָקִים וא
וְאֶלְיָקִים הוֹלִיד אֶת ע
עַזּוּר׃ וְעַזּוּר הוֹלִיד
אֶת־צָדוֹק וְצָדוֹק הוֹלִיד
אֶת אָמוֹן וְאָמוֹן הוֹלִיד
אֶת־אֱלִיהוּד וֶאֱלִיהוּד
הוֹלִיד אֶת אֶלְעָזָר׃ וְאֶלְעָזָר הוֹלִיד אֶת־מַתָּן וּמַתָּן

ram, & Iehoram genuit Vzijahu: Vzijahu autem genuit Iotham. Porro Iotham genuit Ahaz, & Ahaz genuit Hizkijahu. Hizkijahu uerò genuit Menasche, & Menasche genuit Amon. Amon autem genuit Iosijahu, & Iosijahu genuit Iechoniam atq; fratres eius, in transmigratiõe Babel. Et post transmigrationem Babel, Iechonia genuit Sealthiel. Sealthiel autem genuit Zerubabel, & Zerubabel genuit Abihud. Abihud uerò genuit Aelijakim, Aelijakim autem genuit Azor. Azor autem genuit Zadoc, & Zadoc genuit Amon, & Amon genuit Aelihud, atq; Aelihud genuit Eleazar. Eleazar genuit Matthan, & Matthan genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus qui uocatur Christus.

הוליד את-יעקב: ויעקב הוליד את-יוסף את-איש
מרים שממנה נולד ישוע שנקרא משיח:

Et omnes generationes ab Abraham usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usque ad trãsmigrationem Babel, generationes quatuordecim, & à transmigratione Babel usque ad Christum, generationes quatuordecim. Porrò generatio Iesu Christi sic fuit. Postquam mater eius Maria desponsata fuit ipsi Ioseph, antequam ille ueniret ad eam, inuenta fuit pręgnãs à spiritu sancto. Et Ioseph uir eius cũ esset uir iustus, noluit tradere eam, sed fuit in corde eius, occulte dimittere eã. Cumq; hoc cogitasset, ecce angelus Domini apparuit ei in somnis dicens: Ioseph fili Dauid, non timeas ut accipias Mariam uxorẽ tuam, quia id quod natũ est intra eam, de spiritu sancto est. Et ecce ipsa pariet filium, & uocabis

וכל הדורות מאברהם
דוד דורות ארבע עשרה
ומדוד עד גלות בבל ד
דורות ארבע עשרה ו
ומן גלות בבל עד ה
המשיח דורות ארבע ע
עשרה: ותלדת ישוע
המשיח כן היתה:
מאחר שאמו מרים א
אורשת ליוסף בטרם
הוא בא אליה נמצאת
הרה מן רוח הקדש:
ויוסף אישה בשהוא
איש צדיק לא אבה ל
למסור אותה כי אם ה
היה בלבו לעזוב או
אותה בסתר: ואחרי
שחשב זאת הנה מלאך
יהוה נראה לו בחלום
לאמור: יוסף בן-
דוד אל תירא לקחת מ
מרים אשתך כי מה ש
שילד בתוכה מאת רוח
הקדש הוא: ותלד

היא תלד את בן ותקרא
את־שמו ישוע כי הוא
יושיע את־עמו מחיז
מחטאתם ׃ וכל־הזאת
היתה שימלא הדבר ש
שנאמר מאת יהוה על
ידי הנביא לאמר ׃ הנה
העלמה הרה וילדת בן
וקראת שמו עמנואל ׃
ויקיץ יוסף מן השנה
ויעש כאשר צוה אותו
מלאך יהוה ויקח א
אשתו ולא ידע אותה
עד ילדה בנה בכור ו
ויקרא שמו ישוע ׃

nomen eius Iesum, quia ipse [c] saluabit populum suum à peccatis eorum. Totum autē istud factum est, ut impleretur uerbum quod dictū erat à domino per prophetam dicentem: [d] Ecce uirgo impręgnata, pariet filium, & uocabitur nomen eius Immanuel. Et euigilans Ioseph à somno fecit quemadmodum ei præceperat angelus Domini: & accipiens uxorem suam, non cognouit eam, donec peperit filium suum primo genitum, uocauitq́ nomen eius Iesum.

ANNOTATIONES SEBASTIANI MVNSTERI IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.



ST quidem εὐαγγέλιον uox Græca, faustum significans nuncium, & fausti nuncij præmium, usurpaturq́; ab euangelistis pro illa felici annuntiatione, qua dei de Christo promissio prædicatur impleta, salus animarum mortalibus oblata, peccata hominum credentium in Christum, illius sanguine & morte expiata &c. Hebræi pro hac uoce usurpant בְּשׂוֹרָה etiamsi illa pro bonæ & malæ rei nuncio in scriptura usurpetur. Secundo Samuelis 4. capitur pro שכר בשורה id est, pro præmio fausti nuncij. Hinc est quoq; מְבַשֵּׂר euangelista seu bonus nuncius, uel ut Hebræi interpretantur מספר החדשות על טוב או על רע id est, qui narrat noua de re aliqua bona aut mala. Cæterum Iudæi nostrates, Christi & membrorum eius aperti hostes, hanc saluberrimam Euangelij uocem peruertentes, uocant עונגיליון idq́; דרך גנאי רל״ עונות המשיחיים נגלו באותו ספר id est, per modum contemptus, perinde quasi iniquitates Christianorum sint reuelatæ in eo libro. Alij uocant אונגיליון id est, reuelationem uanitatis. Quod si hoc animo id facerent על שם מי שרוצה לסור מן הרעה ילמוד אותו ספר ואיתו ספר יורה אותו האדן שיגרס וגם הטוב שיעשה כי משיחנו אין לימוד את דבר אחר כי אם לנוס מרע ולעשות הטוב libenter ferremus,

ferremus nempe, qui cupit recedere à malo discat eum librum, & is liber docebit eum uanitatem quam fugiat, atq; bonum quod faciat. Nunc autem hostili animo omnia nostra sacra turpibus conspurcare nituntur nominibus, ut Iesum uocant תלוי *Suspensum: & matrem eius* חריא *uel* תלויה *uel* טמאה ונדה *& quod bis turpius est* זונה *scortū: Ioseph sponsum eius uocāt* פנדירא *Crucem Christi* שתי וערב *stamen & subtegmen: oratoria nostra* קרחין *caluicia &c.*

a *Liber generationum.*] *Hebraismus est, frequens in ueteri instrumento: Vt, istæ sunt generationes* Noah: *Istæ sunt generationes* Iacob *&c. Et intelligūt* Hebræi *per* תולדות *duo, nempe* לידה *&* קורות *id est, propagationem generationis & euentus: unde dicunt* בכל מקום שתמצא לשון תולדות מקומו יורה עליו אם ללידה עצמה אם למקרים *hoc est, ubicunq; inueneris uocabulum generationum, locus ille docet & de natiuitate & de euentibus illius cuius illic fit mentio. Sic liber generationum* Iesu Christi, *ueluti titulus est natiuitatis & actionum* Iesu Christi. *Et hic uehementer* Iudæi *sibi uidentur sapere, cum omnibus modis hanc genealogiā lacescere imò eneruare contendant, ex ea probantes* Christum *nostrum uel non esse* Deum, *uel non ex semine* Dauid *natum. Arguunt autem sic,*

מַתִּי וְלוּקַס לֹא כָתְבוּ אֶלָּא יִחוּס יוֹסֵף בַּעַל מִרְיָם
שֶׁהֵן מַתְחִילִין לְיַחֵס מֵאַבְרָהָם עַד יוֹסֵף אֲבַל יְחוּסַת
שֶׁל מִרְיָם אֵינוֹ בְּכָל סִפְרֵיהֶם וְעַתָּה הָכֵן שֶׁאִם יֵשׁוּ
נוֹלַד בְּלֹא אָב כְּמוֹ שֶׁהֵם אוֹמְרִים א״ב לֹא מָצִינוּ ש
שֶׁיֵּשׁוּ מִבֵּית דָּוִד בָּא · וְאִם אַחַר יוֹסֵף מְיַחֵס לְיֵשׁוּ
לְפִי נִתְיַחֵס מִבֵּית דָּוִד נִמְצָא שֶׁיּוֹסֵף הָיָה אָבִיו וְלָמָּה
אַתֶּם אוֹמְרִים כִּי נוֹלַד בְּלֹא מִשְׁכַּב זָכוּר · וְעוֹד
לָמָּה יוֹסֵף נִקְרָא אִישָׁהּ הָיָה לוֹ לוֹמַר אֲרוּסַת שֶׁל

מרים אם לא נשאה לבעילה ואין אנו יודעים מ
מאיזו משפחה היתה מרים · והיה כי יאמרו אליך
דבר זה מסורת בידינו כי כך דרך היהודים לישא
כל אחד קרובתו והיא קרובת יוסף היתה ויחוס
יוסף זהו יחוס היא ושניהם מדוד נולדו תשיב
ותאמר כי בדבריי בידוי אתם באים לחוד חידת
ולעשות אלוה הוא ודאי זה מנהג תורותינו שכל אחד
נושא את אשר ישרה בעיניו בין רחוקה בין קרובה
המותרת לו מן התורה וגם בני שבט זה היו נושאי
נשים משבט אחר כמו שמצינו בפלגש בגבעה ש
שגזרו השבטים ארור האיש אשר יתן את בתו ל
לבנימן · ועוד אם כדבריכם שגם היא מאותו
היחוס היא אכ״ מה היה להם ליחס אחר יוסף:

Sensus est: Matthæus & Lucas genealogiam deducunt ad Ioseph, & in omnibus libris eorum non inuenitur genealogia Mariæ, unde si Iesus natus est sine patre non est de domo Dauid: aut si contendis eum esse de domo Dauid, erit Ioseph pater eius. Præterea quare Ioseph uocaretur uir eius si non duxisset eam ad concubitum? Fuerat potius uocandus, desponsatus eius. Nescimus itaq; ex qua tribu fuerit Maria. Quod si dixeritis, habemus per traditionem & hic mos est apud Iudæos, quod quisque ducit propinquam suam in uxorem, ideo genealogia Ioseph simul est genealogia Mariæ: respondemus conficta esse uerba uestra & ænigmatica ut deum uobis statuatis: cum hæc sit consuetudo nostræ legis, ut cuilibet liceat ducere uxorem quæ illi placuerit, siue sit propinqua, modo sit ex lege permissa: & sic filij huius tribus possunt ducere uxores de illa uel ista tribu, id quod patet ex facto Gibeonitarum, quomodo tribus deuouerint eum qui filiam suam illis locaret in uxorem. Præterea esto quod Maria fuerit de tribu Iehuda, & quare ergo genealogia non ducitur ad eum sed ad Ioseph? Hæc est summa argumentorum Iudaicorum:

Sed quæ facile dilui poſſunt. Quod Chriſtus natus, ex ſola uirgine fuerit de ſemine Dauid: patet ab exordio huius genealogiæ, quando euangeliſta dicit: Liber generationum Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Ecce hoc initium, deſtruit omnia memorata argumenta. Si Chriſtus eſt filius Dauid, ergo & mater eius fuit de ſemine Dauid, patet ex ſerie genealogiæ. Et ſi quæris, quare ad eum & non ad uirginem ducitur genealogia: reſpondemus id moris eſſe ſcripturæ, ut magis ad uiros quàm ad mulieres texat genealogias. Quare autem Matthæus in tota ferè genealogia uariet à Luca in nominibus & numero perſonarum, reperies rationem apud alios ſcriptores. Nos breuitatis gratia hunc nodum intactum relinquimus, præſertim quod à Iudæorum ſcriptoribus, quos uidere licuit, non fuerit impugnatus. Sed nũc Iudæis quoq; eſt reſpondendũ ad eorũ obiecta.

אמת הוא כמו שאתם אומרים כי מתי מיחס עד יוסף ואם אתם ראיתם הזאת ולא ראיתם כי גם מרים אם המשיח היא משבט יהודה ומזרע דוד כי אמר בתחלת היחוס שישוע הוא בן דוד ובן אברהם אב גם אמר אשר הוא מימנה לכרה נולד בלא אב מזרע דוד׃ ואם תאמרו ולמה מיחס עד יוסף ואין עד מרי׳׃ וי״ל כי כך דרך הכתב ליחס עד אנשים ואין עד נשים׃ גם רצה מבשר להראות כי שניהם מזרע דוד׃ ועוד יוסף נקרא איש של מרים כי הוא בעל הבית ועשה כל שהיו להעשות בבית ונחשב אב של ישוע והוא הורגו לבד ושומר הבתולה הטהורה לשמור אותה ו דל עולם לא ידע אותה כי בן טוב בעיני הא האלהים לנתקיים מה שנכתב הנה העלמה הרה וגו׳ ואת היך יכלה בתולה לדת בלא איש׃

תשובת כל דבר שאי אפשר

לעשות ומפלא מבני אדם הכל אפרשות הוא
לאלהים ויש יכולת בידו להבראות גות בתוך
גות ולתת בו רוח ונשמה מטיפה אחת ולהולד
האדם מן אדם ״ ובמו שאתה מורה בזה עכ אי
אתה מורה שאפרשות ביד הבוראית להשפיע
שמו הנכבר בתוך בתולה טהורה ולהתפעל
בתוכה כמו ילד ולהוליד ממנה כלא צער
וחבלה כשאר ילד ולא היה לה צער כדור כל
היולדות כמו שנכנס כח כן פלט ממנה
ונשארת בתולה מתחלה ועד סות בלתי ידועה
מכל איש ׃

b Chriſtus.] Hebraice משיח Maſchiah, latine, Vnctus. Vngebantur olim apud Iehudæos reges & ſacerdotes in figurã Chriſti, qui futurus erat rex cœli & terræ & ſummus ſacerdos in æternũ. Vnguentum huius ſacroſanctæ perſonæ fuit ſpiritus ſanctus, ſicut in hoc capite dicitur: Quod in ea natum eſt, à ſpiritu ſancto eſt, & hoc unguento ita unctus fuit, ut de plenitudine eius omnes accipiamus, & ſolus ipſe ſua unctione medelam ſaluificam afferre poßit uulneribus noſtris.

c Nomen ישוע frequens eſt in libris ſacris, ſonatq; ſalutem & nonnunquam habet epentheſin הו ut יהושוע Iehoſua: & tunc ſonat ſalutem Domini. Apud euangeliſtas ſcribitur abſolute Ieſua, quod ipſe ſit ſalus ipſa, ſicut & ſapientia atq; iuſticia ipſa uocatur. Saluat enim nos à peccatis noſtris, iuſtificat nos, & ſapientiam præſtat paruulis. Et mirũ eſt quomodo Iehudæi hic inſaniant, quando fatemur Chriſtum ueniſſe in carnem propter primum Adæ peccatum & ſequelam omnium hinc naſcentium. Vnde triumphator eorum, autor libri Nizahon ſcribit in hunc modum:

שְׁאַל לְמִין וַהֲלֹא אַתֶּם מַאֲמִינִים יֵשׁ״ו גּוֹתֵג וַחֲמִים
עִם

עם כל בריותיו וכל מדותיו חסד ואמת נגד יצוריו
ובבטחון המדות הללו אנו באים בכל יום לפניו
כמו שאמר דוד חנני חש בחסדיך ברוב רחמיך מחה
פשעי ׃ ועוד כי אמר המקום כי לא אחפץ במות
המת כי אם בשובו מדרכיו וחיה ואתם מאמינים
כי בגודל רחמיו ידו פשוטה לקבל שבים ואם כן
היאך תעלה על לבבכם שבא המקום כל כך בא
באכזריות על אדם הראשון לתפשו בעלילה מו
מועטת בשביל נשיכת תפוח אחד לאבדו מן העולם
הזה ולעולם הבא ולא הוא בלבד אלא כל הנולדים
אחריו ועוד שהיה עונג בדבר שלא היה בו דעת
עדיין כמו שנ׳ ותפקחנה עיני שניהם וידעו כי ע
ערומים הם וזה היה פקיחת העין החכמה ׃ ועוד
ברציחת הבל היתה אלף ידות גדולה מעבירה זאת
ולא נתלה בו עונש כזה ׃

Sensus huius obiectionis hic est: Interroga hæreticum: nunquid uos creditis, quod dominus impertit misericordias omnibus creaturis suis, & omnes proprietates eius sunt pietas & ueritas erga creaturas suas? In fiducia harum proprietatum accedimus quottidie ante conspectum eius quemadmodum ait David: Miserere mei deus secundum pietatem tuam: secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas. Præterea dicit Dominus: quoniam non desidero mortem morientis, sed ut conuertatur à uijs suis & uiuat: & uos quoq; creditis quòd in magnitudine miserationum suarum sit extensa manus eius ut suscipiat pœnitentes. Id si ita est, quomodo ascendit super cor uestrum, quod uenerit dominus cum tanta seueritate contra primum hominẽ, ut illum uinctum teneret propter rem exiguam, nempe propter morsum pomi unius, illumq́; perderet in

deret in hoc seculo atq; in futuro, et non ipsum tantum sed et omnes posteros eius: qui tamen errans hoc fecit, cum non fuerit adhuc in eo cognitio, sicut dicitur: Et aperti sunt oculi amborum et cognouerunt quod nudi essent. Hæc autem apertio fuit in oculo sapientiæ. Quin in occisione Habel, fuit transgreßio illa mille partibus maior quàm ista, et tamen non annectitur illi pœna tanta. Hæc Iudæus ille, qui peccatum Adæ grauißimum usq; adeo extenuat, nihilipenditq; nesciens omnes nostras miserias ab eo originem traxisse. Rectius alius quidam scribit in libro, cui titulum fecit, Fasciculus myrrhæ, scribens scilicet in hunc modum,

אמר ה' ית' לאדם הראשון בקללתו קוץ ודרדר תצמיח לך ואכלת את עשב השדה שהרצון בזה כי בעבור חטאו כל הנולדים ממנו יהיו רשעים ועזי מצח דומים לקוצים ודרדרים כמאמר ה' ית' לנביא סלרבי' וסרבי' הם אתך ואת עקרבי' אתה יושב וכל הוה הוא מן הנחש שהוא סמאל שהטיל סם המות וזוהמא בחוה וסבב מיתה לאדם באכילת הפרי׃

Id est, Dixit dominus benedictus homini primo cum male diceret ei: spinam et tribulum germinabit tibi, et comedes herbam agri: Vult id, quod propter peccatum eius omnes nati ab eo fiunt impij et dura fronte, similes spinis et tribulis, iuxta uerbum illud domini, loquentis ad prophetam, Spinæ et irritatores tecum sunt, et cum scorpionibus habitas. Et totum istud est à serpente, qui fuit diabolus Samaël, qui immisit uenenum mortiferum et corruptiuum in Euam causamq; præstitit mortis ipsi Adam, dum comederet fructum. Sunt rursum alij apud eos, qui originale nostrum peccatum imputant terræ et materiæ corporis. Scribunt enim sic:

חטא הגות מצד היותו מורכב מארמות כי מצד חומרו וגופו בא החטא׃

Hoc est,

Hoc eſt, peccatum corporis hinc eſt, quod eſt compoſitum ex terra, ſiquidem propter materiam eius atq; corpus eius, originem accepit peccatum. Hi qui ita ſentiunt, non habent opus ſaluatore animarum, ſicut nec Iudæi expectant Meſchiam qui ſaluos ipſos faciat in anima, ſed duntaxat eruat à moderna captiuitate. At Euangeliſta noſter aliud hic docet. Sed arguunt iterum Iudæi:

היאך אתם אמרים שלטהר בני אדם מן חטא בא
ודברי להוציאם מן גיהנם ולכפר הפשעים והנה
הוא בהריגתו הוסיף חטא על היהודים שת
שתלאוהו · לפניו ולאחריו לא היה חטא כמותו
שתלו אלוה ·

Hoc eſt, Quomodo uos dicitis quod ad purgandum filios Adam à peccato uenerit, et ut educeret eos de gehenna, expiaretq; iniquitates, cum magis in ſui occiſione auxerit peccatum contra Iehudæos eo quod ſuſpenderunt eum, & ante eum atq; poſt eum non commiſſum fuerit tantum peccatum, ut crucifixus fuerit deus: Non legit uerpus ille aut non intellexit hunc *Iſaiæ 53. locum: Ipſe uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & contritus propter ſcelera noſtra:* Et *item 49. eiuſdem:* Leue duco ut in hoc ſis *ſeruus meus, reſuſcitans tribus Iacob & reducens deſolationes Iſraël, cum potius te dederim in lucem gentium, ut propagetur ſalus mea uſq; ad fines terræ: quaſi dicat: Si renuunt Iudæi credere & acceptare ſalutem, non refert, ſat erit ſi plenitudo intret gentium.* Non ergo Chriſtus *auxit peccatum, ſed quales Iudæos inuenit, nempe ceruicoſos, infideles, rebelles, cæcos et duces cæcorum ſic illi manere uoluerunt, nec per ſanam doctrinam neq; per miracula, imò nec per urbis et totius regionis deuaſtationem à ſua peruicacitate auelli potuerunt. Stat enim uerbum Chriſti: Ieruſalem Ieruſalem quoties uolui congregare filios tuos &c. Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta.*

Ecce

d *Ecce uirgo impregnata.*] *Vexat iste Isaiæ locus supra modum Iudæos: & mirum in modum sese torquent, ne admittant* עלמה *esse uirginem: unde aiunt:* איזה חידוש הוא שעלמה הרה כדרך כל הארץ ע״י בעילת איש הלא עלמה אינה אלא שם נערה בחורה ואין היא בלשון עברי בתולה דווקא׃

Id est, Quale nouum est, quod puella sit grauida iuxta morem uniuersæ terræ, per copulam uiri? Nónne Alma non est nisi nomen puellæ electæ, & non significat absolute in lingua hebraica uirginem? His ita respondemus:

העלמה היא בתולה שלא נשאת עוד לבעל כמו שנ׳ אצל רבקה ותלך העלמה לשאוב מים והרי כל עלמא מורה שרבקה בתולה היתה באותה פעם כי לא היתה נשאת עוד ליצחק ׃וכן כתוב אצל מרים אחות משה ותלך העלמה וע״כ שבתולה היתה כי לא היתה זקנה רק שש שנים׃ ועוד תמצא בקבלה בתרגום יונתן שחמם של העלמה מם סתומה וכחג״לא ת תמצא בכל התורה אלא בזראי רמז הוא שהיא ת היתה בתולה קודם לידה ואחר לידה אב״מי הוא זה שיולד בה הלא בן האלהים׃

Sensus huius responsionis est: Alma est uirgo, quæ non est nupta uiro, sicut dicitur de Rebecca: Et abijt puella ut hauriret aquam. Vide supra, à principio eadem scripsimus. De Immanuel, id est, nobiscum deus, non est ut multa hic dicantur: locus est apertus, etiam si Iudæis cæcis sit obscurus, qui contendunt etiam Samuelem fuisse deum, quando nos probare nitimur ex עמנואל *Immanuel, Christum fuisse deum: aiunt enim* שמואל *idem esse quod* שמואל *id est, nomen eius deus, sed quàm illud quadret nostro*

proposito

proposito satis patet ex primo capite primi Samuelis, cum & Kimhi dicat morem esse sanctæ linguæ, ut in nominibus proprijs plerunq; uel minuatur uel superaddatur una litera: ut יְנַחֲמֵנוּ *à* נחם *consolabitur nos, &* שְׁמוּאֵל *quia à domino* שְׁאִלְתִּיו *postulaui eum.*

וְאַחֲרֵי שֶׁנּוֹלַד יֵשׁוּעַ ב
בְּבֵית־לֶחֶם בְּעִיר יְהוּדָה
בִּימֵי הוֹרוֹדוֹס הַמֶּלֶךְ ה
הִנֵּה מְכַשְּׁפִים בָּאוּ מ
מִמִּזְרָח יְרוּשָׁלַיְמָה ל
לֵאמֹר ׃ אַיֵּה מִי שֶׁנּוֹלַד
מֶלֶךְ עַל הַיְּהוּדִים ׃ כִּי
רָאִינוּ כוֹכָבוֹ בַּמִּזְרָח ו
וַנָּבֹא לְהִשְׁתַּחֲוֹת לוֹ ׃
וְכַאֲשֶׁר שָׁמַע הוֹרוֹדוֹס
נִבְהַל הוּא וְכָל יְרוּשָׁלַם
אִתּוֹ ׃
וַיֶּאֱסֹף אֶת כָּל ש
שָׂרֵי הַכֹּהֲנִים וְאֶת סֹפְרֵי
הָעָם וַיִּדְרֹשׁ מֵהֶם בא
בְּאֵיזֶה מָקוֹם הַמָּשִׁיחַ י
יִוָּלֵד ׃
וְהֵם אָמְרוּ לוֹ
בְּבֵית־לֶחֶם יְהוּדָה ׃
כִּי כֹה נִכְתַּב עַל יַד ה
הַנָּבִיא וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם
אֶפְרָתָה לֹא צָעִיר לִהְיוֹת

POstquam autē natus est Iesus in Bethlæhem ciuitate Iehuda, in diebus Herodis regis, ecce uenerunt [b] magi ab oriente Ierosolymam dicentes, Vbi est ille qui natus est rex super Iehudæos. Siquidem uidimus stellam eius in oriente, & uenimus ut adoremus eum. Et cum audisset Herodes turbatus est, ipse & omnis Ierusalē cum eo. Et congregans omnes pręcipuos sacerdotes atq; scribas populi, percontatus est eos, quo loco Christus esset nasciturus. At illi dixerunt ei: in Bethlæhem Iehuda. Sic enim scriptū est per prophetam: Et [c] tu Bethlæhem Ephratha, non exi-

gua es in millibus Iehuda: ex te egredietur mihi, qui dominiũ habebit in populum meum Iſraël. TuncHerodes ſecreto uocauit magos, & perquiſiuit ab eis accurate tẽpus ſtellę, quę apparuerat eis. Et miſit eos in Bethlæhẽ dicens, Ite & inquirite diligenter de puero: & cum inueneritis nunciate mihi, quatenus & ego ueniã & adorẽ eum. Porrò cum illi audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella quam uiderant in oriente præcedebat eos, donec uenit & ſtetit ſurſum ubi erat puer. Et ipſi uidentes ſtellã gauiſi ſunt gaudio magno ualde. Et ingreſſi domum, inuenerunt [d] puerum & cum eo Mariã matrem eius, procidentesq́ in terrã adorauerũt eum. Et aperientes theſauros ſuos, obtulerunt ei munera, aurũ, thus & myrrhã. Et reſponſum datum eſt eis in ſomnis, ne reuerterentur ad Herodem, atq

באלפי יהודה ממך לי יצא להיות מושל בעמי ישראל: אז הורודוס קרא את המכשפים בסתר וחקר מהם היטב את עת הכוכב אשר נראה להם: וישלח אותם לבית-לחם ויאמר: לכו וחקרו היטב על-הנער ובהמצאו הגידו לי למען גם אני אבא להשתחוות לו: והם כאשר שמעו את המלך הלכו: והנה הכוכב אשר ראו במזרח הלך לפניהם עד אשר בא ויעמד ממעל אשר שם הנער: והם רואים את הכוכב שמחו שמחה גדולה מאד: ויבאו לבית וימצאו את-הנער ואת מרים אמו ויפלו על הארץ וישתחוו לו: ויפתחו את-אוצרותם ויקריבו לו מתנות את זהב ואת לבונה ואת מר: ויהי מצות אלהם

בשנה לבלתי ישובו אל
הורודוס על כן בדרך א
אחרת שבו לארצם ׃
ומאחר שהלכו הנה מ
מלאך יהוה נראה ליוסף
בשנה לאמר ׃ קום ושא
הנער ואת־אמו וברח
מצרימה והיה שם עד
שאמר אליך ׃ כי עתיד
הורודוס לבקש את ה
הנער ולאבדו ׃ ויקץ
הוא וישא את־הנער
ואת אמו בלילה וילך
מצרימה ויהי שם עד מ
מות הורודוס להמלא
מה שנאמר מיהוה על
ידי הנביא האומר מ
ממצרים קראתי את בני ׃
אז הורודוס ראה כי
הותל הוא במכשפים
קצף עד מאד וישלח ו
וימית את־כל נערים
אשר בבית־לחם ובכל
גבולה מן שנתים ולמטה
בזמן שדרש ממכשפי ׃
אז נתקיים מה שנאמר
מאת ירמיהו הנביא ה
האומר קול ברמה נשמע

ob id per uiã aliã reuerſi ſunt in regionẽ ſuam. Et poſtquã abierant, ecce angelus domini apparuit Ioſeph in ſomnis dicẽs, Surge & tolle puerum & matrem eius & fuge in Aegyptũ, & eſto ibi donec dixero tibi. Siquidẽ futurũ eſt, ut Herodes quærat puerũ & perdat eum. Et cum ille euigilaſſet, tulit puerum & matrem eius noctu &
e abijt in Aegyptũ, fuitq; ibi uſq; ad mortẽ herodis ut impleretur id quod dictũ eſt à domino per prophetam dicentẽ: ex Aegypto uocaui filium meum.

Tunc Herodes uidens quod illuſus eſſet à magis, incãduit uehemẽter, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlæhẽ & in uniuerſo termino eius, à biẽnio & infrà, iuxta tẽpus quod explorauerat à magis. Tunc impletũ eſt id qd' dictũ eſt à Iirmeia propheta dicente: Vox in Rama audita eſt

lamentum, fletus amaritudinum, Rahel plorans super filios suos: renuit consolari super filijs suis quod nullus sit. Postquã autem mortuus est Herodes, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens: surge & tolle puerum atque matrem eius, & uade in terram Israël, quoniam mortui sunt qui quæsierunt animam pueri. Et ille surgẽs accepit puerum atq; matrem eius, & uenit in terrã Israël. Cumq; audisset Archelaũ regnare in Iehuda pro Herode patre suo, timuit ire illuc, sed monitus in somno, secessit in terram Galileę. Veniensq; habitauit in ciuitate Nazareth, ut impleretur quod dictũ erat per prophetas, quoniam Nazarenus uocabitur.

נהי בכי תמרורים רחל
מבכה על בניה מאנה
להנחם על בניה כי א
איננו: ואחרי שמת
הורודס הנה מלאך י
יהוה נראה בשנה לי
ליוסף במצרים לאמור
קום ושא את הנער ו
ואת־אמו ולך אל ארץ
ישראל כי מתו אשר ה
חפשו את־נפש הילד:
והוא קם ויקח את הילד
ואת־אמו ויבא אל א
ארץ ישראל:
ובשמע כי מלך
ארקילוס ביהודה תחת
הורודס אביו ירא ל
ללכת לשם ויזהר בש
בשנה הלך אל ארץ ג
גליל: ויבא וישב בעיר
נצרת להמלא מה ש
שנאמר על ידי הנביאי
כי נצרי יקרא:

a *In diebus Herodis regis.*] *Hic Herodes fuit alienigena, & in eo fuit adimpleta prophetia Iacob: Non auferetur sceptrum de Iehuda & dux de fœmore eius donec ueniat Silo, id est, Meschia. Et licet Iehudæi ante Christum natum non habuerint reges legitimos de*

mos de tribu Iehuda, habuerunt tamen מחוקקים id est, duces ſeu moderatores, & rectores de tribu Iehuda, ſed quos Herodes in uniuerſum occidit, ut ille ſolus regno potiretur.

b Magi ab oriente.] Ex Daniele colligimus Sapientes orientalium partium olim uocatos מכשפים magos, non quod magiã exercuerint, de qua legimus Exo. 22 מכשפה לא תחיה magam non permittes uiuere, ſed tenebant eam ut illam confutare poſſent. Nam Hebræi dicunt,

אדם צריך לידע הדברי׳ הרעים בעניין שידע להתרחק מהם כמו שהסנהדרין היו יודעים כשפים לבטל הכשפים ולהשמר מהם׃

Id eſt, Homo debet ſcire res malas, ob id ut ſciat recedere ab eis: ſicut & Sanhedrin ſciebant artem magicam, quatenus confutarent magias & cauerent ab eis: Fieri poteſt, ut magus olim dictus ſit,

שֶׁיֵּדַע הַשָּׁעוֹת הָרְאוּיוֹת לַעֲשׂוֹת מַעֲשֶׂה וּלְשַׁנּוֹת דְּבַר הַתּוֹלֶדֶת לְמַרְאֵה הָעַיִן׃

Qui nouit horas congruas in quibus faciat rem aliquam, mutetq́ qualitatem ſub aſpectu oculorum, ut dicit Aben Ezra: & hi apud Aegyptios olim uocabantur חרטמים Porrò כשדים dicit eſſe חכמי המזלות id eſt, fatidicos, qui ex aſtrorum inſpectione conantur futura prædicere, atq; ex coniunctionibus et alijs applicationibus ſtellarum erraticarum natiuitates hominum dijudicare. Et fieri poteſt, quod מכשף generale uocabulum ſit ad חרטמים כשדים & מנחש & hi magi noſtri fuerint præcipui ſyderum contemplatores, quorum dominus miſertus, nouam condidit ſtellam, quæ ipſos ad Chriſtum perduceret.

c Tu Bethlæhem Ephrata.] Michææ 5. & eſt ſenſus: Tu Bethlæhem olim dicta Ephrata, licet paruula fueris, collata reliquis ciuitatibus Iehuda, quippe quæ non multa millia armatorum potueris

producere, tamen corã domino non exigua es, sed præcellis etiam insignẽ urbem Ierusalẽ, quippe ex qua mihi egredietur, qui promissus est saluator Israël, et qui princeps perpetuus erit super totam domũ Iacob. Conantur hic Hebræi nobis eripere hoc clarissimũ propheticæ uaticinium, sed quàm incepte nemo non facile uidebit. Aiunt nanq;

דכתיב להיות מושל בישראל וכי מה אלהות יש
בו שאינו מושל כי אם בישראל וכי יש לו אחים ל
לאלוה ואומר ועמד ורעה בעוז יהוה בגאון שם
יהוה אלהיו · הנה שמענו כי למושיל זה יש לו
אלוה ואם אלוה הוא מי הוא אלוהו שלו ·

Sensus est: Quod scriptum est, futurum esse dominatorem in Israel quomodo quæso est diuinitas in eo, qui non nisi in Israel dominator erit? Sed & quomodo deus habet fratres? dicit enim: Stabit & pascet in fortitudine domini & magnificentia nominis domini Dei sui. Ecce audimus hunc dominatorem habere Deum: & si ipse quoq; est Deus, quis erit Deus eius? Vides hic cæcitatem Iehudæorum? Putant Meschiam non futurum Deum, eo quod peculiaris sit dominator Israelis, perinde quasi Deus non sit Deus omnium gentium, quando dicit, אני אלהי ישראל *Ego sum Deus Israelis, &* אני אלהיך *Ego deus tuus. Sed & illud offendit eos, quod dicit se futurum pastorem gregis domini, quasi non secundum carnem fuerit frater eorum & seruus domini, ut Isaias eum uocat, & secundum diuinitatem fuerit dominus maiestatis, sicut & Isaias uocat eum* צמח יהוה *germen domini.*

d *Puerum.*] *Quærunt hic Iehudæi,*

אם בדבריכם נולד בלא אב למה הראה להו בבת יג
שנים הראויה לעבור ולהריון היה לו להראות כחו
בבת ג״ שנים או ד׳ שאינה ראויה לעבור ואז יקבלו
העולם מפני דין בנס שנעשה דבר חדש שלא שמענה
מעולם · י״ל הלא נס גדול היה להולד מבתולה כנ
נבואת ישעיה הנה העלמה הרה ויולדת בן׃

Sensus est, iuxta uerba uestra natus est absque patre, quare ostendit uim suam in filia tredecim annorũ, quæ apta erat conceptuĩ atque partui. Potius debuerat ostendere potentiam suam in filia trium aut quatuor annorum, quæ non est apta conceptui, & tunc potuisset mundus cognoscere signum illud nouũ & à seculo inauditum. Quibus hebraice sic respond: abunde magnũ signum esse, nasci de uirgine iuxta prophetiam illam Isaiæ: Ecce uirgo impregnata pariet filium. Diuulgandum erat hoc mysterium per Euangelistas, ut qui crederent, uitam æternam possiderent: qui non crederent, damnarentur.

c *Abijt in Aegyptum.*] *Iehudæi ut omnia Christi uerba & facta nituntur peruertere, ita hæc quoque uenenatam linguam suam exerunt contra sacram eius infantiam, scribentes in hunc modum:*

אמר ר' אברהם הגר שלא ידע ישו שם המפורש שהרי
אפי' בימי משה שהיה דור חכם לא ידעו כש"א אהיה
כן אלא כל מה שעשה עשה ע"י כישוף כי אמר בעון
גיליון שהיה במצרים ב' שני' ולמד הכישוף תשובת
שקר הוא אין כתוב אצלנו שישוע למד כישוף ב
מצרים והיאך יכול ללמוד נער וילד שתים שנים את
כישוף ואם בילדות למד כישוף למה לא עשה נסים
קודם ל' שנת חייו כי אז החל לעשות נפלאות וגם
המתים יוכלו לחיות על ידי כישוף כמו ישוע ה
המשיח עשה׃

Sensus est: Dicit rabbi Abrahã, quod Iesus ignorauerit expositionem nominis dei, cum etiam in diebus Mosi, quando sanctior ætas erat, nemo illud nouerit: & quanto magis postea? sed quicquid fecit, fecit per magicã artẽ. Nam dicitur in euangelio, quod fuerit in Aegypto duobus annis & didicit magiã. Responsio. Falsum hoc est: non est scriptũ apud nos quod Iesus didicerit magiam in Aegypto. Et quomodo quæso potuisset puer & infans duorũ annorũ discere magiã? Quod si in pueritia didicit artem illã, quare non fecit signa ante .30. uitæ suæ annum: tunc enim cœpit coruscare miraculis. Sed nunquid mortui possũt uiuificari per magicã uirtutem, ut Iesus Christus fecit?



N diebus il-
lis acceſſit Io
hannes & ba
ptizauit, cla-
mauit'que in
deſerto Iehudæ dicens:
a Facite uitæ conuerſio-
nem, quoniam appropin
quat regnum cœlorum.
Ipſe enim eſt de quo dixit
Ieſaiah dicens: Vox cla-
mantis in deſerto, repur-
gate uiam domini: rectas
facite ſemitas eius. Fuit
autem indumentum Io-
hannis ex pilis gamelo-
rum, & zona pellicea cir-
cum lumbos eius. Et ci-
bus eius fuit, locuſtæ &
mel ſylueſtre. Tūc egreſſa
eſt ad eum omnis Ieroſo-
lyma & omnis Iehuda at-
que tota regio Iordanis
& baptizati ſunt ab eo in
Iordane, b confitētes pec
cata ſua. Et cum uidiſſet
multos c ex Phariſæis at-
que ex Saducæis, qui ue-
nerant ad baptiſmū eius,
dixit ad eos: Progenies
uiperarū, quis indicauit

בְּיָמִים הָהֵם קָרָא יוֹחָנָן
וַיְטַבֵּל וַיִּקְרָא בְּמִדְבַּר י
יְהוּדָה לֵאמֹר׃ עֲשׂוּ
תְשׁוּבָה בְּחַיִּים כִּי תִקְרַב
מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם׃ כִּי
זֶה הוּא אֲשֶׁר עָלָיו א
אָמַר יְשַׁעְיָה לֵאמֹר׃
קוֹל קוֹרֵא בַּמִּדְבָּר
פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה יַשְּׁרוּ מ
מְסִלּוֹתָיו׃ וְהָיָה
לְבוּשׁוֹ שֶׁל יוֹחָנָן מש
מִשַּׂעֲרוֹת גְּמַלִּים וְאֵזוֹר
עוֹר עַל מָתְנָיו׃
וְאָכְלוֹ הָיָה אַרְבֶּה
וּדְבַשׁ הַיַּעַר׃
אָז יָצְאָה אֵלָיו כָּל־י
יְרוּשָׁלַם וְכָל־יְהוּדָה ו
וְכָל־מְחוֹז הַיַּרְדֵּן וי
וַיִּטָּבְלוּ מֵעָלָיו בַּיַּרְדֵּן
וּמִתְוַדִּים אֶת־חֵטְא
חַטֹּאתָם׃
וְכַאֲשֶׁר רָאָה רַבִּים מִן
פְּרוּשִׁים וּמִן צְדוּקִים
שֶׁבָּאוּ אֶל־הַטְבִילָתוֹ א
אָמַר אֲלֵיהֶם׃ דּוֹר
הָאֶפְעִים מִי הוֹדִיעֲכֶם

uobis

לְרוּחַ מֵחָרוֹן הַבָּא׃
לָכֵן עֲשׂוּ אֶת־פְּרִי
הָרָאוּי לִתְשׁוּבָה, וְאַל־
תֹּאמְרוּ בְּקִרְבְּכֶם כִּי א
אַבְרָהָם הוּא אָבִינוּ׃
כִּי אֲנִי אֹמֵר לָכֶם שֶׁיֵּשׁ
יְכוֹלֶת בִּידֵי הָאֱלֹהִים ל
לְהָקִים בְּנֵי אַבְרָהָם מ
מֵאֲבָנִים הָאֵלֶּה׃ וּכְבָר
הַגַּרְזֶן הוּשָׂם עַל שׁוֹרֶשׁ
הָעֵצִים וְכָל עֵץ שֶׁלֹּא ע
עוֹשֶׂה אֶת־פְּרִי טוֹב י
יִכָּרֵת וְאֶל אֵשׁ יִשָּׁלֵחַ׃
רַק אֲנִי מְטַבֵּל אֶתְכֶם ב
בַּמַּיִם לִתְשׁוּבָה וּמִי ש
שֶׁיָּבֹא אַחֲרַי הוּא חָזָק
מִמֶּנִּי וַאֲנִי לֹא רָאוּי ל
לָשֵׂאת אֶת־נַעֲלָיו וְהוּא
יְטַבֵּל אֶתְכֶם בְּרוּחַ הַקֹּדֶשׁ
וּבְאֵשׁ אֲשֶׁר מִזְרֵהוּ בְּיָדוֹ
וִיטַהֵר אֶת־גָּרְנוֹ וְאָסַף
חִטָּיו אֶל־אָסָם וּמוֹץ י
יִשְׂרֹף בְּאֵשׁ שֶׁלֹּא תִכ
תִּכְבֶּה׃
אָז בָּא יֵשׁוּעַ מִן גָּלִיל
עַל יַרְדֵּן אֶל יוֹחָנָן בַּעֲבוּר

uobis ut fugeretis à uentura ira? Facite igitur fructum condignum pœnitentiæ, & nolite dicere intra uos: [d] pater noster Abrahã est. Dico enim uobis quod Deus suscitare possit filios Abraham de lapidibus istis. Et [c] iam securis posita est ad radicem arborum, & omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et quidem ego baptizo uos aqua ad pœnitentiã, qui autem uenturus est post me, [f] ille fortior me est, & ego non sum idoneus ut portem calciamenta eius: & ille baptizabit uos in spiritu sancto & igne, cuius uentilabrum in manu eius, & repurgabit aream suam, atq; congregabit triticũ suum in horreum, paleam autem comburet igni qui non extinguetur. Tunc uenit Iesus à Galilea ad Iordanem ad Iohannem, ut baptizare-

tur ab eo. At Iohãnes prohibebat ipsum dicens: Mihi opus est, ut à te baptizer, & tu uenis ad me? Respondens autẽ Iesus dixit ad illum, Desine modo, quia sic decet nos implere omnem iusticiã: tunc permisit illũ. Postquã autem baptizatus est Iesus, ascendit protinus ab aqua, & ecce aperti sunt cœli supra ipsum, & uidit spiritũ dei descendentẽ de cœlis instar columbæ & uenientẽ super eum. Et ecce uox de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo cõplacitum est animæ meæ.

שיטבל ממנו : וימנע
אותו יוחנן לאמר : אני
צריך לטבל ממך ואתה
בא אלי : ויען ישוע
ויאמר אליו : הרף נא
כי כזאת יאות עלינו
למלא כל צדקה אז ה
הניחו : ואחרי שנטבל
ישוע עלה מיד מעל ה
המים והנה נפתחו ה
השמים עליו וירא את
רוח האלהים יורדת מן
השמים כדמות יונה ו
ובאה עליו : והנה מן-
השמים קול האמר זה בני
אהובי שבו רצתה נפשי

a *Facite uitæ conuersionem.*] *Vocant Hebræi pœnitentiam aptissimo uocabulo* תשובה *conuersionem. Hæc enim uera est pœnitentia, recedere à uia mala & conuertere uitam male actam in conuersationem quæ deo grata sit atq; hominibus, & id est in deserto repurgare uiam domini & rectas facere semitas eius, peccata scilicet abijcere & obedientem animũ præstare uerbo dei: & hoc pacto omnis uallis exaltatur & omnis mons humilitabitur, sicut idem propheta prioribus uerbis quadragesimo cap. subnectit, hoc est, quicquid impedimentũ in uia domini afferre poßit, tolletur, ut homines innouentur.*

b *Confitentes peccata sua.*] *Nullus baptizabatur à Iohãne, nisi qui se peccatorem agnoscebat, & fatebatur se opus habere redemptione Christi. Venerat enim Iohannes, prædicare pœnitentiam, & indicare Christum, per cuius fidem homini remittuntur peccata.*

c *Ex Pharisæis.*] *Fuerunt Pharisæi & Saducæi duæ factiones*

apud Iudæos, in dogmatibus, & nouis opinionibus atq; moribus plurimum inter se dißidentes. Nec *satis constat quando et quandiu ante* Christum *natum exortæ fuerint hæ sectæ, nisi quod apud* Iosippum Iosephi *abbreuiatorem legimus utranq; sectam tempore* Hyrcani & Alexādri *regum* Israël, *hoc est, centum ferè annis ante* Christi *incarnationem plurimos in suam traxisse opinionē, & quælibet secta contendebat regem in suam inclinare partem, ut & tempore* Alexandri *res in cruentum bellum abierit, fauente rege Saducæis contra* Pharisæos, *qui uulgi fauorem obtinuerant & pro sapientibus* Iudææ *sese uenditabant, sectam autem Saducæorum plus quam uatiniano persequebantur odio.* Legere *poteris plura de his in memorato libro, quem superioribus annis euulgauimus hebraice & latine.* Ibi *inuenies quod propter acerrimam dissensionem* Pharisæorum & *Saducæorum regia potestas fuerit translata de semine* Hasmonai, *id est,* Machabæorum *in familiam* Herodum *alienigenarum.*

d *Pater noster Abraham est.*] Nihil *inquit uobis prodest fiducia patrum, si degeneres filij fueritis: poterit deus alios & ueros filios* Abrahæ *suscitare, non qui carnali succeßione ab eo nati fuerint, sed qui ex promißione & fide filij eius germani dici meruerint.* Venient *enim multi ab oriente & occidente & recumbent cum eo, filij uero regni eijcientur in tenebras exteriores.* Friuola *est igitur & apertum mendacium, quod scribitur in* Thalmud Iehudæorum:

שאברהם יושב על פתחי של גיהנם שלא
להניח לירד פושעי ישראל בגיהנם׃

Hoc est, Abrahā *sedet iuxta portas inferni, et non permittit ullum iniquum* Israel *tam descendere ad infernū.* Illud *autem amplectimur contra* Iehudæos, *quod scriptum habent in* Cabala שאליעזר עבדו מונח בחיקו *quod* Eliezer *seruus eius quiescat in sinu eius.* Nam *multi ex eis negant ante* Christum *passum portam regni cœlorum clausam fuisse ob peccatum* Adæ *primi parentis.* Et *rursum scriptum habent in* Cabala,
שהנש מות של
צדיקי׳ כגון האבות צרורות תחת כסא הכבוד׃

Hoc est, animæ iustorum puta patrum, congregatæ sunt subter solium maiestatis.

e Iam securis posita est ad radicem] Nisi inquit pœnitentiam ueram & non fucatam egeritis, in propinquo est ut radicitus à Romanis euertamini, & non proderit uobis genus duxisse ex Abraham secundum carnem, cui deus atq; filijs eius qui illum fide & moribus expresserint promisit benedictionem.

f Ille fortior est me.] Quasi dicat: ab illo non à me expectabitis salutem: ego tantum aqua abluo quæ peccata auferre nequit, sed post me ueniet qui regnum dei annunciaturus est & inaudita miracula facturus, unigenitus dei, qui me multo prior est, cui ego non sum dignus ut uel minimum seruitutis impendam officium, quale esse possit soluere aut portare calciamenta eius. Ille baptizabit igne spiritus sancti, quo exuret sordes hominis ut nouam faciat creaturam. Hic habet uentilabrum in manu sua per quod intelligitur uerbum euangelij, quo repurgabit aream, id est, homines in terra habitantes, & triticum qui sunt electi, reponet in horreum regni cœlorum: paleas uero, id est, reprobos deputabit igni æterno. Scribunt Iehudæi multa inania & ridicula contra istud caput, præsertim contra baptismum & sanctificationem Christi, sed quæ tam puerilia sunt ut pudeat ea hic commemorare. Putant enim Christum legis transgressorem, quod ablata corporali circuncisione loco illius substituerit baptismum: item pro delyramento habent puero conferri baptismum, qui peccatum non habet à quo abluatur: deniq; Christum non fuisse deum, qui opus habeat sanctificatione: his obiectionibus potissimum impetunt istud caput, sed quibus facillime obuiari potest, cum ueram illam cordis circuncisionem, ad quam & prophetæ tantopere exhortati sunt, Christus non sustulerit: & plurimi eorum confiteantur, puerum etiam in matris utero non sine peccato concipi. Et apud Isaiam habetur: Quiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus consilij & fortitudinis &c.



Vnc ductus
eſt Ieſus in
deſertũ per
ſpiritum, ut
tentaretur à
diabolo. Et cum ieiunaſ-
ſet quadraginta diebus,
& quadraginta noctibus,
[a] poſtea eſuriit. Et acce-
dens tentator dixit ei: ſi
filius dei es, dic ut lapides
iſti fiant panes. Qui re-
ſpondẽs ait: ſcriptum eſt,
quod non in ſolo pane ui
uit homo, ſed in omni eo
quod egreditur de ore do
mini. Tunc duxit eum dia
bolus in ciuitatem ſan-
ctam, & ſtatuit eum ſuper
pinnaculum templi & di-
xit ei: [b] Si filius Dei es,
proiice te deorſum. quia
ſcriptum eſt, quod ange-
lis ſuis mandatum dede-
rit propter te, ut cuſtodi-
ant te in omnibus uiis tu-
is. In manibus portabunt
te ne forte impingas in la
pidem tuum. Cui dixit Ie-
ſus: Scriptum etiam eſt,
Non tentabis Dominum
deum

אָז תּוּבָא יֵשׁוּעַ בְּמִדְבָּר
עַל יְדֵי רוּחַ לְמַעַן יְנֻסֶּה
מֵהַשָּׂטָן ׃
וְכַאֲשֶׁר צָם אַרְבָּעִים
יוֹם וְאַרְבָּעִים לַיְלָה א
אַחֲרֵי־כֵן נִרְעָב ׃
וַיָּבֹא הַמְנַסֶּה וַיֹּאמֶר־
לוֹ אִם בֶּן הָאֱלֹהִים אַתָּה
אֱמוֹר שֶׁהָאֲבָנִים אֵלֶּה
יֵעָשׂוּ לֶחֶם ׃ וַיַּעַן הוּא
וַיֹּאמֶר נִכְתַּב כִּי לֹא עַל
הַלֶּחֶם לְבַדּוֹ יִחְיֶה הָאָדָם
כִּי עַל כָּל־מוֹצָא פִּי י
יְהוָה ׃ אָז הֶעֱלָהוּ
הַשָּׂטָן לְעִיר הַקֹּדֶשׁ ו
וַיַּעֲמִידֵהוּ עַל־פִּנַּת ה
הַהֵיכָל וַיֹּאמֶר לוֹ ׃ אִם
בֶּן הָאֱלֹהִים אַתָּה הת
הִתְנַפֵּל לְמַטָּה שֶׁנִּכְתַּב
כִּי מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָּךְ ל
לִשְׁמָרְךָ בְּכָל־דְּרָכֶיךָ ׃
עַל כַּפַּיִם יִשָּׂאוּנְךָ פֶּן־ת
תִּגּוֹף בָּאֶבֶן רַגְלֶךָ ׃
וַיֹּאמֶר לוֹ יֵשׁוּעַ ׃ גַּם
כָּתוּב לֹא תְנַסֶּה אֶת י
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ ׃

dcum tuũ. Rursum assum psit eum satan super montem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi atq; gloriam eorũ & dixit ei: Omnia ista dabo tibi si procidens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: uade satan, quia scriptum est: dominũ Deum tuum adorabis & c eum solum coles. Tunc dimisit eum satan, & ecce angeli accesserunt & ministraue runt ei. Et postquam audiuit Iesus quod Iohannes uinctus esset, secessit in Galilæã & reliquit Nazareth, profectusq; habitauit in Caparnahum, quæ est ciuitas iuxta mare in finibus Zebulon & Naphthali, ut impleretur, quod dictũ fuerat per Isaiam prophetam dicẽtem: Terra Zebulon, & terra Naphthali uia mari ultra Iordanem, Galilæa gentium, Populus ambulans in tenebris, uiderunt lucem magnam, & habitantes in terra umbræ mor-

ועוד העלהו השטן על הר גבוה מאד ויראהו כל-ממלכות העולם ו כבודן ויאמר לו: כל- אלה אתן לך אם תפול ותשתחוה לי: אז אמר לו ישוע לך שטן כי כ תוב את יהוה אלהיך תשתחוה ואותו לבדו תעביד: אז הניחו השטן והנה מלאכים קרבו וישרתו אותו:

ואחרי ששמע ישוע כי אסור יוחנן הלך לגליל ויעזב את-נצרת ויסע וישב בכפר-נחום והיא עיר על הים בגבול ז בולון ונפתלי להתקיים מה שנאמר על פי י שעיה הנביא האומר ארצה זבלון וארצה נ פתלי דרך הים עבר ה הירדן גליל הגוים: העם ההולכים בחושך ראו אור גדול יושבי בארץ צלמות אור נגה עליהם: ומאז החל ישוע

לקרא לאמר: תשובו כי
קרבה ממלכת השמים:
וילך ישוע על-ים גליל
וירא שנים אחים את-
שמעון שיקרא כיפא
ואת-אנדריע אחיו ח
חשליכים את-רשת בים
כי הם דיגים: ויאמר
אליהם לכו אחרי ואעשה
אתכם דיגי האדם: והם
מהרע עזבו את הרשתות וילכו
אחריו: וילך משם וירא
שנים אחים אחרים את-
יעקב בן-זבדי ויוחנן
אחיו בספינה עם זבדי
אביהם התפרים את-ר
רשתותם ויקרא אלהם:
והם מהר עזבו את ספינת
ואת-אביהם וילכו א
אחריו: וילך ישוע סביב
בכל גליל וילמד בבתי
כנסתם ויבשר את-
ממלכת וירפא את כל
חולי ומכאוב בעם:
ותצא שמועתו אל
כל-ארם ויביאו אליו

tis, lux affulsit eis. Ab eo tēpore cœpit Iesus clamare & dicere: Conuertimini, quoniam appropinquat regnū cœlorum. Et ambulās Iesus iuxta mare Galileæ, uidit duos fratrés, Simonē qui uocabatur Cepha, & Andreã fratrē eius, mittentes rete in mare, quoniã erant piscatores. Et dicit illis: uenite post me, & faciã uos piscatores hominū. At illi continuo reliquerunt retia & secuti sunt eum. Et abiens inde uidit duos fratres alios, Iacobū filium Zebedęi & Iohannē fratrē eius in naui cum Zebedæo patre suo consuētes retia sua, & uocauit eos. At illi mox reliquerūt nauim & patrē suū, secutiq; sunt eum. Et circuiuit Iesus totã Galilæã, docens in synagogis eorum & euangelizans regnū sanansq; omnē morbum atq; languorē in populo. Et egressus est rumor eius in totam Syriam, & adduxerunt ad eum omnes

omnes qui male erant affecti in corpore & qui ceciderant in uarios morbos & plagas, qui habebant dæmones, lunaticos atq; paralyticos & curabat eos. Sequebantur autem eum turbæ multæ à Galilæa ea Decapoli, à Ierusalem & à Iehuda atq; à regione trans Iordanem sita.

את כל־שלהם רעה ב
בגוף ושנפלו בחלים
רבים ובמכות ואשר ה
היו בעלי שדים את־י
ירחינאין ואת־משולי
אברים וירפא אותם ׃
ויבאו אחריו כתות ר
רבות מן גליל ומן עשר
ערים ומן ירושלם ו
ומיהודה ומעבר הירדן

a *Postea esuriit.*] *Exactis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, cum ad homines ex illo recessu redeundum esset, esurire cœpit, uirtute diuina absq; humano cibo interim sustentatus. Frustra igitur impugnant increduli Iehudæi hunc locum, sic arguentes:*

למה נרעב את מפני הבשר היאך יכל לצום
מ״ יום ומ״ לילה בא מרוח הקודש ואותו רוח הקודש
נתן בו כח לצום מ׳ יום ומ׳ לילה׃ למה לא פרנסו
כל הימים בלא אכילה ובלא שתיה ובלא רעב וצמא׃
י״ל כי רצה להראות עצמו אלהים ואדם ׃ ועוד
כשאמר לו השטן אם אלהים אתה עשה לחם מן
האבנים ואכל למה השיב לו כי לא על הלחם לבדו
יחיה האדם׃ תשובה זו משובשת היא כי השטן
היה יכל להשיב לו׃ הואיל כי לא הלחם לבדו
יחיה האדם כי על כל מוצא פי ה׳ יחיה האדם לכן
עשה לחם מן האבנים שהרי על מוצא פי השם יחיה
האדם בין מן העצים בין מן האבנים וי״ל על דבר
ה׳ לבדו

א׳לבדו אשר בו נבראו השמים והארץ יוכל אדם
לחיות ואין צריך שדברו יצא על עץ או אבן שמשם
יאכל אדם כמו כן משה על דבר השם לא נרעב מ״
ימים ולילה ·

Sensus est: Quare esuriijt? si dicis propter carnem, quomodo enim posset caro quadraginta diebus & noctibus ieiunare, nisi per spiritum sanctum, qui dedit uirtutem subsistentiæ illis quadraginta diebus & noctibus? Sed quare non sustentauit eum cunctis uitæ diebus absq; cibo & potu, ut nunquam esuriret aut sitiret. Respondemus: quia uoluit se ostendere deum & hominem. Præterea, quando dixit Satan, si filius Dei es, fac panes ex lapidibus & comede, quare respondit ei, quoniam non in solo pane uiuit homo? responsio ista est inepta, quia satan potuisset dicere, esto quod non solus panis cibet hominem, sed quicquid egreditur de ore Dei in hoc uiuere potest homo, propterea fac panes ex lapidibus, nam super eo quod egreditur de ore Domini uiuet homo, siue sit de ligno siue de lapide. Respondemus, in solo uerbo domini, per quod facti sunt cœli & terra, uiuere potest homo, & non est opus ut uerbum eius exeratur, super lignum aut lapidem unde comedat homo, sicut & Moses ob colloquium domini non esuriijt quadraginta diebus & noctibus. Rursum arguunt hic Iehudæi:

למה נסהו השטן בכל אלו נסיונות והלא גלוי לכל
העולם שהשטן מלאך רע הוא ויודע נגלות ונ
ונסתרות כמו מלאך אחר אם הדבר אמת שהוא א
אלוה למה הטריחו בכל זאת ולא היה ירא ממנו ·
י״ל יש הדבר אמת שהוא אלוה אבל אין רצה הואת
להראות לשטן עד מותו והוא אין יוכל לדעת את
אשר אלוה אין רוצה להודיע אותו ·

Quare inquiunt Iehudæi tentauit eum satan omnibus istis ten-

tationibus? non ne manifestū est toti mūdo, quod satan angelus est malus & nouit tam occulta quàm manifesta sicut alius angelus? si uerū quod iste est deus, quare uexauit eum in omnibus istis, & non magis timuit ab eo? Responsio: Verum est quod est Deus, sed noluit illud ostendere ipsi satan usq; ad mortem suam, nec potest cognoscere ea quæ deus illum uult ignorare.

b Si filius dei es.] Quærunt hic Iehudæi, quare deus non reuelauit in lege filium suum, si habet filium ut nos Christiani confitemur, quibus sic respondemus:

לְפִיכָךְ לֹא גִלָּה אֱלֹהִים אֶת בְּנוֹ בְּגִלּוּי לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל בְּתוֹרָה שֶׁהָיוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּמִדְבָּר שְׁטוּפִים בְּעז כְּמוֹ שֶׁמָּצִינוּ שֶׁעָשׂוּ הָעֵגֶל וְעָבְדוּ לְבַעַל פְּעוֹר לְפִיכָךְ אִם יִכְתּוֹב לָהֶם ה׳ דָּבָר שׁוּם בְּגִלּוּי וְהִבְלוּ לִתְלוֹת בּוֹ טָעוּתָם וְיֹאמְרוּ כִּי שְׁתֵּי רְשׁוּיוֹת וְלֹא יְקַבְּלוּ ע עֲלֵיהֶם הַתּוֹרָה וְהַמִּצְוֹת כִּי מִקְצָתָן יֹאמְרוּ יָפֶה בַּתּ תֵּכֶן מִכֹּחַ הָאָב וּמִקְצָתָן יֹאמְרוּ לְהֵפֶךְ׃

c Eum solum coles.] Irrident nos hic Iehudæi propter cultum quem quidam usq; in hunc diem sanctis impendunt, illos in necessitatibus inuocantes, quasi in manu eorum sit, sanare languidos, subuenire in periculis, dare sobolem & alia id genus, quæ solius dei esse prophetæ in multis locis indicant. Si quispiam potest illis respondere, respondeat, ego nihil habeo.

d Appropinquat regnum cœlorum.] Regnum cœlorum uocatur tempus gratiæ, in quo uocamur per Christum, ut filij dei efficiamur, simusq; hæredes, & ciues regni cœlorum. Hic multi Christianorum incautè egerunt cum Iehudæis, asserentes quod regnum cœlorum fuerit usq; ad Christum clausum, & omnes patres descenderint ad infernum, quod occasionem illis præbuit calumniandi fidem nostram: Nam ita arguunt ex euangelio, putantes sese nos proprio confodere gladio, sed toto errant cœlo:

המשיחיים אומרים קודם שבא ישו בארץ שכל
הבריות הולכים בגיהנם בין רעי' בין טובים ואני
אומר היאך יכולין לומר כך והלא הם אומרי' קודם
שיבא ישו לארץ היה אותו מעשה של לזרוס שהיה
שוכב לפני פתח העשיר שהיה צועק כל שעה לעשיר
שיעשה לו חסד ולא רצה ולסוף מתו שניהם העשיר
הלך לגיהנם ולזרוס הלך בחיקו של אברה' ובשראה
העשיר שלזרוס יושב בלא צער בחיקו של אברהם
בנחת בגיל ובחדוה והוא בצער גדול · נדון באש ו
ולהבה בתוך פיו צועק · אברהם אבי אמר ללזרוס
שיטבל אצבעו הקטון במים ויסיף לי בפי מפני
הלהבה הגדולה היוצאת מפי · ועכשיו שאברהם
ולזרוס לא היו בגיהנם היאך הם אומרים שכלם
היו בגיהנם · תשובה · אמת הוא כי קודם שבא
ישוע כל צדיקי' ירדו אל שאול רל לא יכלו להכנס
למלכות השמים כי אם הבו פדות המושיע וישבו
במקום הידוע לאלהים הן בגן עדן הן במקום אחר
שנקרא חיק של אברהם אלא הרשעי' ירדו לשאול
תחתית רוצה לומר אל גיהנם אשר שם אשם לעולם
לא תכבה ·

Sensus est: Christiani dicunt, quod ante aduentum Christi super terram, omnes homines ierint ad infernum, siue boni siue mali. Ego autem dico: quomodo possunt sic loqui, qui etiam asserunt ante Messiæ aduentum contigisse factum illud Lazari iacentis ante ostium diuitis. &c. Cum hinc constet Abraham & Lazarum non fuisse in gehenna, quomodo dicunt ipsi, omnes fuisse in inferno? Responsio: Verum est, antequam uenit Iesus, descenderunt omnes iusti ad infer-

num, hoc eſt, non poterant ingredi in regnum cœlorum, ſed expectauerunt redemptionem ſaluatoris, manentes in loco deo noto, ſiue fuerit paradiſus ſiue locus alius, qui uocatur ſinus Abrahæ. At impij deſcenderunt ad infernum inferiorem, hoc eſt, in gehennam, ubi ignis eorum in æternum non extinguetur. Mirantur etiam hic Iehudæi, quare Chriſtus prædicationem ſuam diſtulerit in trigeſimum ætatis annum, & ante non cœperit docere atq; miracula facere, quibus in hunc modum reſpondemus:

טעם שהלך ישוע על הארץ ל׳ שנים קודם שהיית מתגלה לבאי עולם איך הוא משיח הכרי למלאות התורה וללמדך שעד שלשים שנה יכל כל אדם ל ללמוד כל התורה וכל מי שלא למד בשני׳ אלו אינו רואה סימן ברכה לעולם כמו שמצינו אצל שרת הלויים שהיו לומדי׳ והונכין את שירתן מבן חמש עשרים שנה עד ל׳ שנים אבל מייד אחר הליכתו על הארץ ל׳ שני׳ היה מתגלה לישראל איך הוא משיח ה׳ והיה מראה לכל העולם איך הוא בא לפדות את אדם מן העון כמו שנ׳ בישעיה והוא מחולל מ מפשעינו מדוכא מעונותינו כלו׳ שיפרה אותנו מדיני של גיהנם וכרת עמנו ברית חדשה וגו׳

a *Mare Galilææ.*] Mare illud eſt lacus Tyberiadis, qui hebraice *uocatur* ים כינרת *mare Cinæreth, à Chaldæis autem appellatur* גינוסר *Genaſereth, Iehoſuæ undecimo.* Porro כיפא *Cepha chaldaicum eſt, pro quo Græci uerterunt* πέτρα: *& hinc Petrus, qui prius uocabatur* שמעון *Simon.*

Porro

וּכְשֶׁרָאָה יֵשׁוּעַ אֶת־הַב
בִּיתוֹת עָלָה עַל הָר ו
וְאַחֲרֵי כֵן יָשַׁב וַיִּגְּשׁוּ
אֵלָיו תַּלְמִידָיו וַיִּפְתַּח
אֶת־פִּיהוּ וַיְלַמֵּד אוֹתָם
לֵאמֹר׃ אַשְׁרֵי עֲנִיֵּי
הָרוּחַ כִּי לָהֶם מַלְכוּת
הַשָּׁמַיִם׃ אַשְׁרֵי אֲבֵלִי׳
כִּי הֵם יְנֻחָמוּ׃ אַשְׁרֵי
עֲנָוִים כִּי הֵם יִנְחֲלוּ א
אָרֶץ׃
אַשְׁרֵי שֶׁרְעֵבִים
וּצְמֵאִי׳ אֶת־צֶדֶק כִּי הֵם
יִשְׂבָּעוּ׃
אַשְׁרֵי הָרַחֲמָנִיִּים
כִּי לָהֶם יְרֻחַם׃ אַשְׁרֵי
בָּרֵי לֵבָב כִּי הֵם יִרְאוּ
אֶת־אֱלֹהִים׃ אַשְׁרֵי
מַשְׁלִימִים כִּי בְנֵי ה
הָאֱלֹהִים יִקָּרְאוּ׃
אַשְׁרֵי שֶׁנִּרְדְּפִי׳ בִּשְׁבִיל
הַצְּדָקָה כִּי לָהֶם מַלְכוּת
הַשָּׁמַיִם׃
אַשְׁרֵי אַתֶּם בְּקַלֵּל אֶתְכֶ׳
הָאֲנָשִׁים וּכְשֶׁיִּרְדְּפוּכֶם
וַיֹּאמְרוּ אֵת כָּל־רָעָה



Orrò cum uidiſſet Ieſus turbas,[a] aſcēdit in montem: & cum ſediſſet acceſſerūt ad eum diſcipuli eius, aperiensq́ os ſuum docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorū eſt regnum cœlorum. Beati lugentes, quoniam ipſi conſolationem habebūt. Beati mites, quoniam ipſi hæredes erūt terræ. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, quoniā ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſis miſericordia fiet. Beati mundo corde, quoniam ipſi uidebunt deum. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū. Beati uos, cum maledixerint uobis homines & perſecuti uos fuerint, dixerintq́ omne ma-

lum de uobis, mentiẽtes
propter me. Gaudete &
exultate, quoniã merces
ueſtra, multa eſt in cœlis.
Sic enim perſecuti fuerũt
prophetas, qui fuerunt
ante uos. [b] Vos eſtis ſal
terræ: & ſi ſal inſulſus fue
rit, quo ſalietur? Ad nihil
ultrà prodeſt, niſi ut pro-
ijciatur foras & concul-
cetur ab hominibus. Vos
eſtis lux mundi. Non po-
teſt ciuitas abſcondi, quæ
ſita eſt ſuper montẽ, neq;
accendunt lucernam ut il
lam ponant ſubter mo-
dium, ſed ſuper candela-
brum, ut lucẽ præbeat om
nibus qui in domo ſunt.
Sic luceat lux ueſtra co-
ram filijs hominũ, ut ui-
deant ueſtra opera bona
& glorificent patrem ue-
ſtrum qui in cœlis eſt. No
lite cogitare, quod uene-
rim eneruare legem aut
prophetas. [c] Nõ ueni ſol-
uere legem, ſed adimple-
re. Amen quippe dico uo
bis, donec trãſierint cœli
&

עליכם בחשים למעני:
שמחו וגילו כי שכרכם
הוא רב בשמים : כי כן
רדפו את־הנביאים א
אשר היו לפניכם: אתם
הם מלח הארץ ואם ה
המלח יתפל במה ימלח:
לאפס יועיל עוד כי אם
שישלך לחוץ וירמס מ
מהאדם : אתם הא אור
העולם : לא תוכל
להסתר עיר שהושבת
על־הר ולא מציתים
את־נר לשומה תחת ס
סאה כי אם על המנורה
להאיר לכל־שהם ב
בבית : כן יאור אורכם
לפני בני האדם למען
יראו מעשיכם הטובים
לכבד את אביכם שהוא
בשמים : אל־תחשבו
כי באתי לבטל את ת
תורה או את הנביאי :
לא באתי לבטל כי־ל
למלא : אמן ואכן אני
אמר לכם עד שיעברו
שמים וארץ לא תעבר

יוד אחת או עוקץ אחד
מאת התורה עד שי
שימלאו הכל : וכל
המבטל אחת מן המצות
האלה קטנות וילמד בן
את בני האדם הוא ק
קטן יקרא במלכות ה
השמים : וכל שיעשה
וילמד הוא יקרא גדול
במלכות השמים : ואני
אומר לכם לולי תיתר
צדקתכם מן צדקת ה
הפרושי׳ והסופרי׳ אין
תבואו אל־מלכות ה
השמים : שמעתם כי
נאמר לקדמונים לא ת
תרצח ומי שירצח הוא
חייב למשפט : אך אני
אומר לך׳ כי כל־שירגז
על אחיו הוא חייב ל
למשפט : וכל האומר
לאחיו רקא חייב הוא
לעצת הכנסת :
ומי שיאמר לו נבל
הוא חייב לאש גיה
ציהנם : ואם תקריב קרבנך אל המזבח ושם תזכר

& terra, nõ pręteribit iod unum aut apex unus à lege quouſq; omnia impleantur. Et omnis qui eneruauerit unum ex mandatis iſtis minimis & docuerit ſic homines, is minimus uocabitur in regno cœlorum. Quiſquis autẽ fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Et ego dico uobis, niſi abundantior fuerit iuſticia ueſtra à iuſticia Phariſæorum & ſcribarũ, non intrabitis in regnũ cœlorum. Audiſtis quod dictum ſit antiquis: non occides, qui uerò occiderit obnoxius erit iudicio. At ego dico uobis, quòd omnis qui iraſcitur contra fratrem ſuum, reus eſt iudicio. Et quicunq; dixerit fratri ſuo [d] raka, reus eſt cõcilio. Qui autẽ dixerit ei fatue, reus eſt igni gehẽnæ. Et cum obtuleris ſacrificium ad altare, & ibi recordatus fueris,

quód frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte ibi oblationẽ tuam ante altare, & uade prius ut places faciẽ fratris tui, & tum uenies & dabis oblationẽ tuam. Conueniat inter te & inter aduersarium tuum cito, quando fueris cum eo in uia, ne forte tradat te aduersarius in manum iudicis, & iudex tradat te exactori, mittarisq; in carcerem.
Amen dico tibi, non exibis illinc, donec persolueris extremum quadrantem. Audistis quod dictũ est antiquis: non mœchaberis: at ego dico uobis, quód quicunq; inspexerit mulierem ut illam concupiscat, iam adulteriũ commisit cum ea in corde suo. Et si oculus tuus dexter tibi offendiculo fuerit, erue eum & proijce à te. Melius enim est tibi, ut pereat unum membrorũ tuorum, quàm ut totum corpus tuum mittatur in

כִּי לְאָחִיךָ יֵשׁ מְאוּמָה
עָלֶיךָ תַּנִּיחַ שָׁם קָרְבָּנְךָ
לִפְנֵי הַמִּזְבֵּחַ וְלֵךְ תְּחִלָּה
לְכַפֵּר אֵת פְּנֵי אָחִיךָ וְאָז
תָּבֹא וְתִתֵּן קָרְבָּנֶיךָ ׃
יֵאוֹת לְךָ וּלְשֹׂטְנְךָ ב
בִּמְהֵרָה כְּשֶׁתִּהְיֶה אִתּוֹ
בַּדֶּרֶךְ פֶּן יִמְסָרְךָ שֹׂטְנְךָ
בְּיַד הַשּׁוֹפֵט וְהַשּׁוֹפֵט י
יִמְסָרְךָ לְשׁוֹטֵר וְתִשָּׁלֵחַ
אֶל־הַכֶּלֶא ׃
אָמֵן אֲנִי אוֹמֵר לְךָ
אֵין תֵּצֵא מִשָּׁם עַד־שׁ
שֶׁתְּשַׁלֵּם אֶת־אַחֲרוֹן ר
רְבוּעַ ׃
שְׁמַעְתֶּם כִּי נֶאֱמַר
לְקַדְמוֹנִים לֹא תִנְאָף אַךְ
אֲנִי אוֹמֵר לָכֶם כִּי כָל־
שֶׁיִּרְאֶה אִשָּׁה לְהִתְאַוּוֹתָהּ
כְּבַר נִאֵף אוֹתָהּ בְּלִבּוֹ ׃
וְאִם עֵינְךָ הַיְמָנִית
תַּכְשִׁילְךָ נַקֵּר אוֹתָהּ ו
וְתַשְׁלִיכָהּ מֵעָלֶיךָ ׃
כִּי טוֹב לְךָ שׁ
שֶׁיֹּאבַד אֶחָד מֵאֵיבָרֶיךָ
מֵהִשָּׁלֵחַ כָּל־גּוּפְךָ אֶל

gehen-

גֵּיהִנֹּם ׃ וְאִם יָדְךָ
הַיְמָנִית תַּכְשִׁילְךָ קַצֵּץ
אוֹתָהּ וְהַשְׁלֵךְ מֵעָלֶיךָ ׃
כִּי טוֹב לְךָ שֶׁיֹּאבַד אֶחָד
מֵאֵיבָרֶיךָ מֵהִשָּׁלֵחַ כָּל־
גּוּפְךָ אֶל גֵּיהִנֹּם ׃
גַּם נֶאֱמַר אֲשֶׁר יְשַׁלַּח
אֶת אִשְׁתּוֹ יִתֶּן לָהּ סֵפֶר
כְּרִיתוּת אַךְ אֲנִי אוֹמֵר
לָכֶם כִּי כָּל־שֶׁיְּשַׁלַּח אֶת
אִשְׁתּוֹ לוּלֵי עַל אוֹדוֹת
תַּזְנוּת הוּא יְנָאֲפָהּ ׃
וְכָל־שֶׁיִּקַּח אֶת גְּרוּשָׁה
הוּא יְנָאֵף ׃
עוֹד שְׁמַעְתֶּם שֶׁנֶּאֱמַר
לַקַּדְמוֹנִים לֹא תִשָּׁבַע ל
לַשֶּׁקֶר כִּי אִם תְּשַׁלֵּם ל
לַיהוָה נְדָרֶיךָ אַךְ אֲנִי
אוֹמֵר לָכֶם לֹא תִשָּׁבְעוּ
בְּכָל דֶּרֶךְ אֵין בַּשָּׁמַיִם כִּי
הֵם כִּסֵּא הָאֱלֹהִים וְאֵין
בָּאָרֶץ כִּי הִיא הֲדֹם ר
רַגְלָיו וְאֵין בִּירוּשָׁלַ׳ כִּי
הִיא עִיר הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל
וְאֵין תִּשָּׁבַע בְּרֹאשְׁךָ י
יַעַן שֶׁאַתָּה אֵין תּוּכַל

gehennam. Et ſi manus tua dextra tibi offendiculo fuerit, amputa eam & proijce à te. Melius enim eſt tibi, ut pereat unum membrorũ tuorũ, quàm ut totum corpus tuũ mittatur in gehennam. Dictum eſt etiam: qui ablegauerit uxorẽ ſuam, det illi libellũ repudij: at ego dico uobis, quòd quicunque repudiauerit uxorẽ ſuam, niſi cauſa fornicationis, facit illã mœchari. Et quicunq; acceperit abiectam, adulterium committit. Rurſum audiſtis, quod dictum fuerit antiquis: non iurabis falſò, ſed reddes domino uota tua: at egò dico uobis, nõ iurabitis ullo pacto, neq; per cœlum, quia eſt thronus dei, neq; per terram, quia ſcabellũ eſt pedum eius, neq; per Ieruſalem, quia eſt ciuitas regis magni: neq; iurabis per caput tuũ, propterea quòd non potes facere pilum

unum album aut nigrũ. Erit autem sermo uester, est est, non non: & quod amplius est ab istis, à malo est. Audistis quod dictum est, oculũ pro oculo & dentem pro dente: at ego dico uobis, ne resistatis malo, sed si quispiã percusserit te in maxillã dextram, obuerte illi & alteram: & ei qui uult tecum ire in ius ut tollat à te tunicam tuam, dimitte ei & palliũ. Et qui te angariauerit ad miliarium unum, uade cum illo etiã duo. Qui petit à te, da ei: & qui uult mutuum accipere à te, illum ne auerseris. Audistis quia dictum est: [f] diliges proximum tuũ & odio habebis inimicum tuum: at ego dico uobis: diligite inimicos uestros, & benefacite ijs qui oderunt uos, & orate pro his qui uos persequuntur, & qui uos calumniãtur, ut sitis filij patris uestri qui est in cœlis,

להלבין את שער אחד
או להשחיר ׃
ויהיה דבורכם כן כן
אין אין ומה שהוא י
יותר מאלה מאת הרע
הוא ׃ שמעתם שנאמר
עין תחת עין שן תחת
שן אך אני אומר לכם
אין לעמד לגבר הרע
אלא אם יהיה שיכך על
לחי הימנית גם תטה
אליו אחרת ולמי שילך
להריב עמך במשפט ל
למען שיקח בגדיך ב
כתנתך הנח לו גם אדרתך
ואשר יגרש אותך עד מ
מיל אחד לך אתו גם עד
שנים ׃ ומי שישאלך
תן לו ואת־הלוה ממך
לא תשובב ׃ שמעתם
כי נאמר תאהב לרעך
ותשנא את־אויבך אך
אני אומר לכם אהבו
את אויביכם והטיבו
לאלה אשר שנאו אתכם
והתפללו בעד רודפיכם

qui

qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos &malos, & pluere facit ſuper iuſtos &iniuſtos. Et ſi dilexeritis eos tantũ qui uos diligũt, quam mercedem habebitis? non'ne & publicani hoc faciunt? Et ſi pacẽ obtuleritis tantum fratribus ueris, quid facitis ex abundanti? non'ne & gentes idipſum faciũt? Sitis igitur perfecti, ſicut pater ueſter, qui in cœlis eſt, perfectus eſt.

ובעד עושקיכם למען
שתהיו בני אביכם א
אשר בשמים שמזריח
את־שמשו על־טובים
ועל רעים וממטיר על־
צדיקים ועל רשעים :
ואם תאהבו רק אותם
אשר אוהבים אתכם מה
שכר יהיה לכם הלא גם
בעלי עברה עושים ה
הזאת :
ואם־ישאלו בשלום
רק את־אחיכם מה־ית
תעשו על יתר הלא גם גוים עושים הזאת :
על־כן תהיו תמימים כאשר אביכם שבשמים הוא
תמים :

[a]. *Aſcendit in montem.*] *Vt ſcilicet oraret, quemadmodum alij habent euangeliſtæ, & deſcendens de monte ſtetit in loco campeſtri & cœpit docere populum ea quæ ſcribuntur in iſto capite. Dicit autem beatos eſſe pauperes ſpiritu, hoc eſt, qui miſeri ſunt & affliguntur in hoc mundo, & his peculiariter prædicandum eſt euangelium regni cœlorum: qui uerò terrena fulgent & tument proſperitate, deliciantur & oblectantur, gaudent, rident, & ob omnium rerum ſucceſſum extolluntur, illi ſurdi ſunt ad euangelium, neque ſapiunt illis cœleſtia quam diu terrenis rebus totis affectibus ſunt addicti. Contrà, qui turbato ſunt animo, qui lugent, premuntur calamitatibus, ſecundum carnem peßime habent, agnoſcunt animi morbos, hi audito Euangelio magnifice conſolantur:*

gaudent

gaudent ſe per Chriſtum futuros ciues regni cœlorum, poſſident terram & ueluti omnibus ſaturantur bonis, ſcientes ſe deo curæ eſſe, ab ipſo pendent: in eum ſolum totam ſuam collocant fiduciam, habent in eo pacem, & gaudent ſi pro nomine eius patiantur. Hi *inquam qui taliter ſunt affecti, aptiſſimi ſunt euangelij auditores, & hæc eſt uia ad ſolidam & ueram fœlicitatem, à qua nec diuites quoſdam excludimus, quales fuerunt* Abraham, Iob, David *& ſimiles quidam uiri ſancti.*

b Vos *eſtis ſal terræ.*] *Secundo* Paralip. 13. *habetur, quòd dominus dederit* Dauid *& filijs eius regnum ſuper* Iſrael *fœdere ſalis, hoc eſt, firmiſſimo fœdere: conſeruat enim ſal carnem à corruptione, ſic* Chriſtus *elegit apoſtolos, ut eſſent ſal hominum, annunciarent eis euangelium ſuum atque imbuerent eos ſolida fide, idq́ꝫ ſanis uerbis & exemplis, ne corruptioni ulli eſſent obnoxij.*

c Non *ueni ſoluere legem.*] Non *eſt in toto euangelio ſententia aliqua, quam* Iebudæi *nobis magis obijciunt atq́ꝫ iſtam, quam & latine probe tenent, &* Chriſtianorum *auribus perpetuo ingerunt, perinde quaſi* Chriſti *uerba & facta parum ſibi conſtent, cum tot ceremoniæ, purificationes, delectus ciborum ſacrificia, iudicialia & alia id genus ſint ablata per* Chriſtum, *& tamen hic dicat ſe non ſoluiſſe legem & prophetas.* Arguunt *autem ſic:*

כתיב בספר מתי לא באתי לחסור וכו׳ ובתורת
משה כתיב ביום ח׳ ימול בשר ערלתו וכתיב כל
המצוה אשר אנכי מצוך היום תשמרון לעשות לא
תוסיף עליו ולא תגרע ממנו ונמצא שישו הפר תורת
משה וכזב תורתו שבת׳ לא יחליפו מתורת משה
מאומה שהרי הוא מוסיף וגורע בהרבה מקומות׃
וי״ל כי המשיח אין הפר ואיך בטל את התורה כי אם
מלא אותה ולמד לשמר עיקר התורה אשר הוא עמד
באלה

באלה שתים מצות באהבת אלהים ובאהבת הרעה׳
באהבת האל הים תבין כל עבדת אלהים ר״ל אמונת
האלהים יראת האלהים מבטח ואהבת האלהים
כשנ׳ ואהבת את יהוה אלהיך בכל לבבך ובכל
נפשך ובכל מאדך ואהבת את רעך כמו עצמך׳
במצוה הזאת תלויה כל התורה ודברי כל הנביאים׳
ושאר החקות והמצות הם נתונות עד זמן כמו קרבנות
ותורות ההיכל וטמאות גופניות והמשפטים אשר
כלם הם לחוץ ואהבה והבטחון ויראה ואמונה הם
בתוך הלב והם נכונה עבודת האל׳ וכן נאמ׳
בהושע כי חסד חפצתי ולא זבח ודעת ה׳ מעלות׳
ובישעיה למה לי רוב זבחיכם יאמר ה׳ שבעתי עלות
אילי׳ וחלב מריאים׳ רחצו הזכו הסירו רע
מעלליכם מנגד עיני חדלו הרע׳ ובירמיה נכתב
לא דברתי את אבותיכם ולא צויתים ביום הוציאי
אותם מארץ מצרים על דברי עולה וזבח׃ כי אם
את הדבר הזה צויתי אתם לאמר שמעו בקולי ו
והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם׳ ועוד
כתיב בירמיה הנה ימים באים נאם ה׳ וכרתי את
ישראל ואת יהודה ברית חדשה ולא כברית אשר
כרתי את אבותם כי זאת הברית אשר אכרת להם
אחרי הימים ההם נתתי את תורתי בקרבם ועל לב
אתננה׳ וכן נאמר ביחזקאל ונתתי לכם לב חדש
ורוח חדש׳ ואת רוחי אתן בקרבכם וגו׳ משמע מן
המקראות האלו שבזמן המשיח עבדת האלהים ע
עתידה להיות ברוח ואמת ואין בקרבנות החיצונות
ובטהרות

ובטהרות ג׳ פגיעות אשר הם רמוז על אמונה ועל
טהרת הלב כי כל המצות האי׳ה הם רמוזי׳ היו על תורת
חדשה ועל זמן המשיח שאז בני אדם יעבדו את ה׳
ברוח ואמת כמו התנבאו נביאים ועל כן משיחנו
לא הפר את תורה כא מלא וכתב אתה בלב אדם וכן
ערלת הבשר רמז ערלת הלב כשנ׳ בירמיהו:

Sensus est: Apud Matthæum scriptum est: Non ueni minuere seu soluere legem &c. Et in lege Mosi scriptum habetur: Die octaua circuncidetur caro præputij. Et rursum scriptum est. Omne præceptum quod ego præcipio tibi hodie, custodietis ut faciatis: non adijcies neque minues ab eo. Constat autem Iesum soluisse legem Mosi, & mendacem fecisse legem suam, in qua scriptum est, quod nihil mutauerit de lege Mosi, cùm tamen adiecerit & subtraxerit in multis locis. Ad quam obiectionem sic respondemus: Christus non soluit aut euacuauit legem, sed impleuit eam, & docuit obseruare uim legis, quæ cõsistit in his duobus præceptis, in amore Dei et dilectione proximi. Per dilectonem Dei intelligo uniuersum cultum Dei, nempe, fidem dei, timorem dei, fiduciã & dilectonem dei, sicut dicitur: Diliges Dominum deum tuum in toto corde tuo, in tota anima tua & in toto conatu tuo: & diliges proximum tuum sicut teipsum. In præcepto isto pendet tota lex & dicta omnium prophetarum. Reliquæ ceremoniæ & mandata fuerunt data ad tempus, ut sunt sacrificia, leges templi, immundiciæ corporales atq; iudicialia, quæ omnia sunt externa, dilectio autem, fiducia, timor & fides, sunt in corde, & in eis consistit uerus dei cultus. Et sic dicitur in Hosea: Pietatem uolui & non sacrificium: scientiam dei magis quam holocausta. Et in Isaia: Ad quid mihi multitudo sacrificiorum uestrorum dicit Dominus? plenus sum holocaustis arietum & adipe pinguium. Lauamini, mundamini, & auferte maliciam studiorum uestrorum à conspectu oculorum meorum, atque cessate male agere.

In Iir-

In Iirmeia quoq; scriptum habetur: Non locutus sum cum patribus uestris, neque præceptum dedi eis in die quo eduxi eos de terra Aegypti de rebus holocausti & sacrificij: sed hoc uerbum præcepi eis, dicens: audite uocem meam & ero deus uester & uos eritis populus meus. Et rursum scriptum est in eodem propheta: Ecce dies ueniunt dicit dominus, & percutiam cum Israël & cum Iehuda fœdus nouum, non secundum fœdus quod inij cum patribus eorum, sed hoc est fœdus quod percutiam cum eis: post dies illos dabo legem meam in uiscceribus eorum atq; in corde dabo eam. Sic etiam dicitur in Iehezkel: Dabo uobis cor nouum & spiritum nouum: spiritum meum dabo intra uos &c. Patet ex his sententijs biblicis, quod tempore Meschiæ cultus dei futurus erat in spiritu & ueritate, & non in sacrificijs externis atq; in purificationibus corporalibus, quæ magis significabant fidem & mundiciam cordis. Omnes enim ceremoniæ istæ figura erant nouæ legis & temporis Meschiæ, quod tunc homines erant seruituri deo in spiritu & ueritate, quemadmodum prædixerunt prophetæ, & ob id Meschia noster non soluit legem sed impleuit scripsitq; eam in corde hominum. Sic præputium carnis significauit præputium cordis, sicut dicitur in Iirmeiahu.

d Raca.] Venit רקא uel à רק quod spuere significat, uel à ריק quod ociosum atq; inanem significat. Vtrunq; autem conuiciosum est, uocare fratrem uel sputo dignũ, uel ociosum atq; ponderosum onus terræ. De uocabulo gehennæ non est quod hic multa dicantur, cum sit ab hebraico גיא הנם id est, uallis hinnom, ubi scilicet in honorem dæmoniorum filij offerebantur & uiui comburebantur: de quo Ieremiæ 7. ac deinde usurpari cœpit ab Hebræis pro æterna perditione.

e Erue eum.] Occasionem iubet fugere, ut quicquid remoratur aut facit impingere in uia domini, tollatur, etiam si illud tam charum & gratum sit quàm sunt oculi, manus & pedes.

Diliges

f *Diliges proximum tuum.*] *Nomine proximi intelligitur omnis qui quacunq; ratione nobis iunctus fuerit, siue uinculo affinitatis & sanguinis, siue uinculo ciuilitatis, sodalitatis, uicinitatis, officij aut etiam fortuiti congressus.*



Idete ne [a] eleemosynã uestram dederitis corã hominib. ut uideamini ab eis, alioquin non habebitis mercedem apud patrem uestrũ, qui in cœlis est. Cum autem dederis eleemosynã, non clãges cum tuba ante te, sicut faciunt hypocritæ in cõciliabulis & in plateis, ut honorentur ab hominibus. Amen dico uobis, habent mercedem suam. Et tu cum feceris eleemosynam, nesciat manus tua sinistra quod facit dextra tua, ut sit eleemosyna tua sic in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi in manifesto. Et quando oraueris, non eris sicut hypocritæ. Nam complacet illis ut stent in frequentijs

ראו שלא תתנו צדקתכם
לפני אנשים למען ש
שתראו מהם כי אז לא
יהיה לכם שכר אצל א
אביכם שהוא בשמים ׃
וכאשר תתן את־צדקה
אל תתקע בשופר לפניך
כמו חנפים עושים ב
בבנסיות ובחוצות ל
למען שיכבדו מן־הא
האנשים ׃ אמן אני
אומר לכם כי יש להם
שכרם ׃

ואתה כשתעשה
צדקה אין תדע ידך ה
השמאלית מה שעושה
ידך הימנית ותהיה צ
צדקתך ואביך שרואה
בסתר הוא ישלם לך ב
בגלוי ׃

ובשתתפלל לא
תהיה כמו חנפים ׃ כי
חפצם לעמד במקהלות

&in

ובפנות החוצות ולת
ולהתפלל כדי שיראו מן
האנשים ׃ אמן אני
אומר לכם כי לקחו את־
שכרם׃ואתה כשתתפלל
בא אל־חדרך וסגר ד
דלתך ותתפלל אל אביך
שהוא בסתר ואביך א
אשר רואה בסתר ישלם
לך בפרהסיא ׃ ואתם
כשיתפללו לא תרבו א
את־דברים כמו הגוים
עושים שחושבים כי
ברב הדברים ישמעו׃
אך אתם לא תהיו ד
דומים להם ׃
כי יודע אביכם מה צ
צריך לכם בטרם תש
תשאלו ממנו ׃ ואתם
כן תתפללו ׃
אבינו שבשמים יקדש
שמך תבוא מלכותך י
יעשה רצונך כבשמים
ובארץ ׃ את־לחמנו
תמידי תן לנו היום ו
וסלח לנו את־חובתינו

& in angulis platearum, quatenus in orando uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, quod receperūt mercedem. Tu uerò cum orare uolueris, ingredere in conclaue tuum & claude ostium tuum, & funde orationē ad pa trem tuum, qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi in manifesto. Cū autem oraueritis, nolite multiplicare uerba sicut gentiles faciūt, qui putāt quod propter multiloquium exaudiantur. Et uos nolite assimilari illis. Quoniā nouit pater uester, qua re uobis sit opus; priusquam petatis ab illo. Orabitis autem uos sic. Pater noster qui es in cœlis [b] sanctificetur nomen tuum, ueniat regnum tuū, fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. [c] Panem nostrū quotidianū da nobis hodie, & remitte nobis debita

nostra quēadmodū nos remittimus debitoribus nostris, & ne sinas nos uenire in tentationē, sed libera nos à malo: quia tuum est regnum & potentia & gloria in secula seculorum, Amen. Quod si remiseritis hominibus peccata eorum, remittet & uobis pater uester qui est in cœlis peccata uestra. Sin uos non remiseritis hominibus, neq; pater uester remittet peccata uestra. Cæterū quando ieiunatis, ne sitis sicut hypocritæ tristes. Nam tetricas reddūt facies suas, ut uideātur in oculis hominum ieiunātes. Amen dico uobis, quoniam receperunt mercedē suam. Tu uero quādo ieiunas, ungito caput tuum & laua faciem tuam, ne uidearis ab hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in occulto, & pater tuus qui est in abscondito, red det tibi in propatulo. Ne

כאשר אנחנו סולחים
לבעלי חובותינו ואל ת
תביאנו בנסיון אלא ת
תצילנו מרע כי לך ה
המלכות וגבורה וכבוד
לעולם עולמים אמן:
ואם תסלחו לאנשים ה
חטאותיהם גם־יסלח
לכם אביכם שבשמים
חטאותיכם: ואם אינכם
תסלחו לאנשים גם לא
יסלח אביכם חטא
חטאותיכם: ואתם
כאשר תצומו לא תהיו
כחנפים קודרים: כי
יכחו את פניהם לה
להראות בעיני האדם
צמים: אמן אני אומר
לכם כי לקחו שכרם:
ואתה כשתצום תסוך
את־ראשך ותרחץ את
פניך כדי שלא תראה
לאנשים צם כי אם ל
לאביך שהוא בסתר ו
ואביך שהוא בסתר הוא
ישלם בפרהסיא: אל

congre-

תִקְבְּצוּ לָכֶם אוֹצָרוֹת עַל
הָאָרֶץ אֲשֶׁר שָׁם חָסִיל
וָעָשׁ יַשְׁחִית וְגַנָּבִים י
יַחְתְּרוּ שָׁם וְיִגְנֹבוּ: אֶלָּא
קִבְצוּ לָכֶם אוֹצָרוֹת ב
בַּשָּׁמַיִם אֲשֶׁר שָׁם חָסִיל
לֹא יַשְׁחִית וְלֹא עָשׁ ו
וְגַעַר עִם גַּנָּבִים אֵין
יַחְתְּרוּ וְאֵין יִגְנֹבוּ: כִּי
אֵיפֹה אוֹצָרְךָ הוּא שָׁם י
יִהְיֶה גַם לִבֶּךָ: הַנֵּר
הַגּוּפְךָ הִיא עֵינֶךָ: וְאִם
עֵינְךָ תִּהְיֶה תַמָּה כָּל־ג
גּוּפְךָ יָגַהּ: וְאִם עֵינְךָ
תִּהְיֶה רָעָה כָּל־גּוּפְךָ י
יִהְיֶה אָפֵל: וְאִם אוֹר
שֶׁהוּא בְךָ חֹשֶׁךְ הוּא ה
הַחֹשֶׁךְ מַה־גָּדוֹל הוּא:
אֵין יוּכַל אָדָם לַעֲבוֹד א
אֶת־שְׁנַיִם אֲדוֹנִים כִּי אִם
יִשְׂנָא אֶת אֶחָד וְיֶאֱהַב א
אֶת־אַחֵר אוֹ אִם יִדְבַּק
בְּאֶחָד יִמְאַס אֶת־אַחֵר:
לֹא תוּכְלוּ לַעֲבֹד אֶת־ה
הָאֱלֹהִים וְאֶת־מַמּוֹנָא:
וְעַל כֵּן אֲנִי אוֹמֵר לָכֶם לֹא
תִשְׁתַּדְּלוּ לְנַפְשְׁכֶם מַה

cõgregaueritis uobis thesauros super terram, ubi erugo & tinea corrumpit, & ubi fures perfodiunt atque furãtur. Sed congregate uobis thesauros in cœlo, ubi neque erugo corrumpit neque tinea, & ubi fures non perfodiũt neque furantur. Nam ubi thesaurus tuus est, ibi est & cor tuũ. [d] Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidũ erit. Quod si oculus tuus fuerit malus, totum corpus tuum erit caliginosum. Si ergo lumẽ quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt? [e] Nemo potest seruire duobus dominis: aut enim unum odio habebit & alterum diliget, aut adheræbit uni & alterũ abijciet. Non potestis deo seruire & mãmonæ. Propterea dico uobis, nolite solliciti esse animæ uestræ quid comedatis &

quid bibatis: & corpori
ueſtro, quo induamini.
Non'ne anima pluris eſt
quã cibus, & corpus plu-
ris quã ueſtimentũ? Reſpi
cite aues cœli, quomodo
nõ ſeminãt neq; metunt,
neq; colligunt in horrea
ſua, & tamen pater ueſter
qui eſt in cœlis cibat il-
las. Non'ne uos excellen
tiores eſtis illis? Et quis
inter uos cogitat, quo-
modo adijcere poſsit ſta-
turæ ſuæ uel cubitum u-
num? De ueſtimento er-
go quid ſolliciti eſtis? In-
tuemini lilia agri quomo
do creſcũt, non laborant
neque nent. Et certe dico
uobis, quod nec Salomo
in omni gloria ſua ſic fuit
ueſtitus, ut unum ex his.
Et ſi herbã agri, quæ ho-
die eſt, & cras mittitur in
clibanum, deus ſic ueſtit,
quanto magis uos modi
cæ fidei? Non igitur ſitis
ſolliciti dicentes, quid co
medemus aut quid bibe-
mus aut quo operiemur?
Nam

תאכלו ומה תשתו ו
ולגופכם במה תלבשו ׃
הלא הנפש היא יותרת
מאכל והגוף הוא יותר
מבגד ׃ ראו את עופות
השמים כי אין יזרעו
ולא יקצרו ולא יאספו
לאסמיהם ואביכם ש
שבשמים יאכילם ׃ הלא
אתם יותרים מהם ׃ ומי
ביניכם יחשב איך יוכל
להוסיף על קומתו גם
אמה אחת ׃ ועל מלבוש
למה תשתדלו הביטו
את־שושני השדה ה
היאך יצמחו אין יעמלו
ואין יטוו ׃ אמנם אני
אומר לכם שלא שלמה
בכל כבודו כן היה ל
לבוש כמו אחד מהם ׃
ואם את־עשב השדה ש
שיש היום ומחר ישלח
לתנור אלהים כן לבש
הלא יותר אתכם קטני
אמונה ׃ ועל כן אל־
תשתדלו לאמר מה־נ
נאכל או מה־נשתה או

במה נכסה: כי כל־
האלה גוים ידרשו:
ואביכם שהוא בשמים
יודע כי אתם צריכים
לכל אלה: לכן בתחלה
בקשו את ממלכת ה
האלהים ואת־צדקתו
וכל־אלה יוספו לכם:
ואל תשתדלו למחר כי
יום המחרת ישתדל ב
בעצמו: תשפק ליום
רעתו:

Nam omnia iſta gentes inquirũt. Nouit enim pater ueſter qui eſt in cœlis, quòd opus habetis his omnibus. In primis autẽ quærite regnum dei atq; iuſticiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Et non ſitis ſolliciti in craſtinum, quia craſtinus dies ſollicitus erit pro ſeipſo. Sufficit diei malũ ſuum.

a *Eleemoſynam.*] *Monet Chriſtus in hoc capite, ut hæc tria, eleemoſyna, oratio & ieiunium à fidelibus rectè & non more Phariſæorum fiant, qui in ſuis operibus uanam quærebant gloriam & mundanum ambiebant fauorem. Eleemoſynam Græci à miſerendo deducunt, Hebræi autem à* צדק *id eſt, iuſticia: quod uel iuſtum ſit ut miſeros noſtro foueamus beneficio, uel homo in hoc opere foris oſtendat quis ab intra per dei gratiam ſit. De hoc habes Dan. 4. Cæterum in oratione iubet Chriſtus duo cauere, conſuetudinem ſcilicet Phariſæorum et gentilium Phariſæi orabant ad oſtentationem, & Gentiles putabant exaudiri in multiloquio.*

b *Sanctificetur nomen tuum.*] *Quaſi dicat: da ea quibus ad præſentem uitam degendam in diem opus habemus, & da ut celebris ac glorioſus ſis in terra, ut adorent te uniuerſæ familiæ gentiũ, & ſit nomen tuum glorioſum & benedictum apud omnes gentes. Eſt enim hic ſanctificari idem quod celebre & auguſtum reddi, ſicut aduenire regnum dei, eſt idem quod deum in nobis per ſpiritum ſuum regnare quo à ſatanæ liberemur tyrannide.*

c Panem nostrum quotidianum.] Hebræi legunt, panem nostrum continuum da nobis hodie: & intelligitur per hunc panem uictus & quicquid est quo præsens uita opus habet. Per hodie tollitur superflua cura crastinæ diei, ut & cras rursum opus habeamus rogare deum, & sic semper ab eo pendeamus. Ieiunium de quo mox post orationem fit mentio, propter hoc fieri debet, ut mens possit intentius orationibus uacare: unde hæc duo ferè semper coniunguntur, ieiunium & oratio. Et ieiunium aliud nihil est quàm temperantia cibi, qua caro in officio retinetur, ne spiritus in oratione per carnem impediatur. Sic igitur pio & Christiano homini semper est ieiunandum, nec refert quibus uescatur cibis, modo illis non ad carnis luxum abutatur.

d Lucerna corporis tui.] Significatur hic per oculum mens ipsa, & per corpus tota uita & conuersatio hominis: per tenebras uero ignorantia dei, uel pronitas naturæ ad malum.

e Nemo potest duobus dominis seruire.] Seruire, id est, habere animum addictum & affixum huic & isti domino: adduciturq; à domino ut uulgo celebratum prouerbium. Cæterum mammona, hebraice ממון & chaldaice ממונא in ueteri testamento nõ inuenitur sed puru hebraismo utitur pro eo uocabulo עשר & רכוש apud magistros uero seu rabinos frequens est mãmon.



Olite [a] iudicare & non iudicabimini, nolite cõdemnare & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, uos iudicabimini. Et in qua mẽsura mẽsi fueritis, mẽsurabitur uo-

אַל־תִּשְׁפְּטוּ וְלֹא תִשָּׁפְטוּ אַל־תְּחַיְּבוּ וְלֹא תְחֻיָּבוּ׃
כִּי בְּאֵיזֶה מִשְׁפָּט תִּשְׁפְּטוּ אַתֶּם תִּשָּׁפְטוּ׃ וּבְאֵיזֶה מִדָּה תָּמֹדּוּ יִמַּד לָכֶם׃

bis,

ואיך תראה קיסם בעין
אחיך וקורה בעינך אין
תראה ׃ ואיך תאמר
לאחיך אחי הרפה־נא ר
ואסיל את־קיסם מעל
עינך והנה קורה בעינך
׃ חנף טול בתחלה את
קורה מעל עינך ואז ת
תראה להסיל את־קיסם
מעל עין אחיך ׃ אין
תתנו הקדש לכלבים
ואין תשליכו את מ
מרגליותיכם לפני ת
חזירים פן־ירמסו א
אתהן ברגליהם ויעזבו
הכלבים ויסחבוכם ׃
שאלו וינתן לכם בקשו
ותמצאו דפקו ויפתח
לכם׃ כי כל שישאל יקח
ואשר יבקש ימצא ולו
שידפק יפתח׃ ומי האדם
ביניכם שישאל ממנו
בנו את־לחם הלא י
ימסר לו את אבן ׃ או
אם ישאל את־דג הלא
ימסר לו את נחש ׃ ואם
אתם הרעים תדעו לתת

bis. Et quomodò uides festucam in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo nō uides? Aut quomodo dicis fratri tuo, frater mi, sine ut tollam festucā ab oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, tolle primum trabem ex oculo tuo, & tū uidebis, ut tollas festucā de oculo fratris tui. Nolite dare sanctū canibus, neq; proieceritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcēt eas pedibus suis, & canes conuersi lacerent uos. Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Nam omnis qui petit accipit, & qui quęrit inuenit, & pulsanti aperietur. Et quis est homo ille inter uos, à quo si postulauerit, filius eius panē, nunquid tradet ei lapidē? aut si petierit piscē, nunquid porriget ei serpentē? Si uos igitur[b] qui estis mali nostis dare

dona bona filijs uestris,
quanto magis pater ue-
ster qui est in cœlis dabit
bona postulantibus à se?
Propterea omnia, quæ
uultis ut faciãt uobis ho-
mines, facite & uos illis.
Hæc enim est lex & pro-
phetæ. Ingredimini per
angustam portam, quo-
niam lata est porta & spa-
ciosa uia, quæ ducit ad
perditionẽ, & multi sunt
qui uadunt per eam. [c]
Quàm angusta uerò est
porta & stricta uia quę du
cit ad uitam, & pauci sunt
qui inueniunt eam. Ca-
uete à falsis prophetis,
qui ueniunt ad uos in ue-
stimentis ouium, intrin-
secus autem sunt lupi ra-
paces. [d] Ex fructibus eo-
rum cognoscetis eos.
Nunquid colligẽt de spi-
nis uuas, aut de tribulis
ficus? Sic omnis arbor bo
na facit fructus bonos, &
arbor mala facit fructus
malos. Non potest arbor
bona facere fructus ma-
los,

מתנות טובות לבניכם
כל־שכן אביכם שב
שבשמים יתן הטובות
לשואליו ׃
לכן כל־אשר תרצו
לעשות לכם אנשים גם
אתם עשו להם ׃ כי זאת
התורה והנביאים ׃ באו
בער שער צר כי רחב ש
שער ורחבה דרך שת
שתדריך אל־אבדון ו
ורבים הם אשר ילכו
עליה ׃ מה־צר השער
וצרה דרך שתדריך אל
חיים ומעסים הם ש
שימצאו אותה ׃ הזהרו
מנביאי שקר שבאים
אליכם בבגדי הצאן ו
ובקרבם הם זאבים ט
טרפים ׃ מפירותיהם
תדעו אותם ׃ הילקטו
מקוצי את־ענבים ומן
דרדרים את תאנים ׃ כן
כל עץ הטוב יעשה את
פירות טובות ועץ הרע
יעשה פירות רעות ׃ לא
יוכל עץ טוב לעשות

אֶת־פֵּירוֹת רָעוֹת וְלֹא
עֵץ הָרָע יַעֲשֶׂה פֵּירוֹת
טוֹבוֹת ׃ רַק כֹּל עֵץ
שֶׁלֹּא יַעֲשֶׂה אֶת־פְּרִי ט
טוֹב יִכָּרֵת וְאֶל אֵשׁ י
יְשֻׁלַּח ׃ וְאַתֶּם
מִפֵּירוֹתֵיהֶם תֵּדְעוּ אוֹתָם
׃ אֵין כָּל־שֶׁאוֹמֵר לִי א
אֲדֹנָי אֲדֹנָי יָבוֹא אֶל־
מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם כִּי אִם
שֶׁיַּעֲשֶׂה רְצוֹן אָבִי ש
שֶׁבַּשָּׁמַיִם הוּא יָבֹא אֶל־
מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם ׃ רַבִּים
יֹאמְרוּ לִי בַּיּוֹם הַהוּא
אֲדֹנָי אֲדֹנָי הֲלֹא בְּשִׁמְךָ
נִבֵּאנוּ וּבְשִׁמְךָ הוֹצֵאנוּ
שֵׁדִים וּבְשִׁמְךָ עָשִׂינוּ
אֵת כֹּחוֹת רַבּוֹת ׃ וְאָז
אוֹדֶה לָהֶם כִּי אֵין י
יָדַעְתִּי אֶתְכֶם ׃ סוּרוּ
מִמֶּנִּי כָּל פּוֹעֲלֵי עָוֹן ׃
כֹּל שֶׁשּׁוֹמֵעַ אֶת־אֵלֶּה
דְּבָרַי וְיַעֲשֶׂה אוֹתָם י
יִדָּמֶה לְאִישׁ חָכָם שֶׁיִּבְנֶה
אֶת בֵּיתוֹ עַל סֶלַע וַיֵּרֵד
מָטָר וַיָּבֹאוּ נְהָרוֹת וְגַם

los,neq; arbor mala profert fructus bonos. Sed& omnis arbor quę non facit fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur. Et uos ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, introibit in regnum cœlorum, ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt,is introibit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in die illa, domine domine, non'nę in nomine tuo prophetauimus &in nomine tuo eiecimus dæmonia, & in nomine tuo fecimus uirtutes multas? Tunc confitebor illis, quia non noui uos. Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Omnis qui audit hos ſermones meos & facit eos, aſsimilabitur uiro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram,& deſcendit pluuia,uenerũtq; flumina & flauerũt uenti

& irruerunt in domum illam & non cecidit: fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit hæc uerba mea & non facit ea, is assimilabitur uiro stulto, qui ædificauit domũ suam super arenã, & descendit imber, ueneruntq́ flumina & flauerũt uenti & irruerunt in domum illam & cecidit, factaq́ est ruina eius magna. Et factũ est, cum consummasset Iesus sermones istos, miratæ sunt turbæ super doctrina eius. Docebat enim uelut habens autoritatem, & non sicuti scribæ & Pharisæi.

נשבו רוחות ויפגעו ב
בבית ההוא ולא נפל כי
יסד הוא על־סלע :
וכל־שישמע את אלה
דברי ואין יעשה אותם
הוא ידמה לאיש אויל
אשר בנה את ביתו על
החול וירד מטר ויבאו
נהרות וגם נשבו רוחות
ויפגעו בבית ההוא ר
ויפול ותהי מפלתו ג
גדלה : ויהי בכלות
ישוע את הדברים ה
האלה ויתמהו כיתות
על תלמודו : כי היה
מלמד כמו שלו יכולת
ולא כמו סופרים ר
ופרושים :

a *Nolite iudicare.*] *Per iudicare intelligitur, aliena dicta & facta inique obseruare oculo, atq; inique condemnare animo.* Et *quod sequitur, Qua mensura mensi fueritis, prouerbium est, apud Hebræorum scriptores tritum,* מדה כנגד מדה *id est, mensura contra mensuram, quando cuiq; pro meritis & demeritis suis fit compensatio.*

b *Qui estis mali.*] *Mali sumus à corrupta non à creata natura. An uero hæc corruptio naturæ sit à corpore uel ab anima,* Hebræi *talem habent disputationem:*

אילו הבשר חוטא בלא רוח מריע הנפש נענשת׃ וכי זה חוטא וזה נענש אלא כך הדבר שניהם חוטאים באחד׃ משל לחיגר וסומא שומרי הפרדס׃ מעשה במלך אחד שהיה לו פרדס נאה מאד וכל מיני פירות נטועים בו ושומרי הגן אכלו הפרי כי הוא טוב למאכל ונחמד למראה ולא יכול למצוא שומרי נאמני שישמרו הפרדס ולא יאכלו הפירות׃ לכות עלה ברעתו והכניס בפרדס קיטע וסומא ואומר כי הקיטע לא יכול לעלות באילנות והסומא אם יעלה אינו יכול למצא הפרי׃ לימים נתייעצו יחד הקיטע והסומא והרכיב הסומא הקיטע על כתפיו ונשאו ליקח הפירות מן האילנות והוטאין שניהם׃

Sensus est: Habuit rex quidam hortum cum preciosis fructibus, & cum illum nulli auderet cõmittere custodi, tandem conduxit claudum quendam & alium cæcum, qui illum custodirent. Claudus non poterat ascendere arbores, nec cæcus poterat uidere fructus. Sed illi consilium ineuntes, mutuo sese iuuabant & transgrediebantur præceptum regis. Nam cæcus submissis humeris claudo scala fuit, ut ille arbores conscenderet.

c *Quàm angusta est porta.*] *Assimilat perfectam christiani hominis u tam angustiæ portæ & strictæ uiæ: nam nisi hæc sic sit instituta, ut quæramus ea quæ sunt deo gloriæ & proximis saluti, abnegantes nosipsos & soli prouidentiæ dei cõmittamus, à recta uia aberramus. Contendere ergo debemus, sicut apud Lucam dominus monet, ut per eã ingrediamur, & pater cœlestis rogandus est, ut uires suppeditet.*

Ex fru-

a *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.*] *Quantumlibet pseudo prophetæ simulent pietatem & dissimulent impietatem, tamen opera & studia eorum tandem testabuntur qui sint & quid quærant. Qui non ex corde deum quærunt, hypocritæ sunt, quantumlibet ore deum confiteantur, dicentes, domine domine, &c.* Huiusmodi *multi fuerunt, qui etiam prophetauerunt, hoc est, pro ficue docuerunt & disseruerunt de mysterijs* Christi, *quidam deniq; miracula fecerunt, sed quia uacui fuerunt uera & solida fide, à* Domino *non agnoscentur.*



Vm descenderet autem Iesus de mõte, secuti sunt eum populi multi: & ecce leprosus accessit & a adorauit eum dicẽs: Domine, si uis, poteris me mundare. Et misit Iesus manũ suam atq; tetigit eum & ait: uolo, mundare. Et continuò purificata est lepra eius. Et ait illi Iesus: uide ne dixeris homini, sed uade ut b uidearis à sacerdote, & affer ad eum sacrificium tuum, quẽadmodũ præcepit eis Moses in testimoniũ. Cumq; Iesus ingressus esset in Caparna-

וברדת ישוע מן ההר
הלכו אחריו עם רב ו
והנה מצורע בא וי
וישתחוה לו לאמור ׃
אדני אם תחפץ תוכל
לטהרני ׃
וישלח ישוע
ידו ויגע בו ויאמר א
אחפוץ הטהר ׃
ומיד טהרה
צרעתו ׃ ויאמר
לו ישוע ראה אל תאמר
לאדם אלא לך והראה
אל הכהן והבא אליו ק
קרבנך כאשר צוה משה
להם לעדות ׃ ובאשר
בא ישוע אל כפר־־נ

hum,

נחום קרב אליו שר מ
מאה ויתחנן אותו ל
לאמר: אדני נערי שוכב
בבית והוא נשול אי
איברים ומאד יענה:
ויאמר אליו ישוע אני
אבא וארפא אותו:
ויען שר מאה ויאמר א
אדני אני לא נכון ש
שתבא תחת גגי רק אמור
דבר וירפא נערי: כי
גם אני אדם הושמתי
תחת ממשלת אחר ו
ותחתי אנשי חיל ואם-
אמר לזה לך וילך ול
ולאחר בא ויבא ול
ולעבדי עשה הזאת ו
ויעשה: וכששמע
ישוע תמה ויאמר ל
להלכים אחריו אמן א
אני אומר לכם לא מ
מצאתי כזות אמונה ב
בישראל: ואני אומר
לכם שרבים יבאו מ
ממזרח וממערב וירבצו
עם אברהם יצחק ויעקב
במלכות השמים: ובני

hum, accessit ad eũ [c] centurio, & supplex factus est ei dicens: Domine puer meus iacet domi, paralyticus, & ualde affligitur. Ait illi Iesus: ego ueniam & sanabo eum. Et respondens centurio dixit: domine, ego nõ sum idoneus, ut tu ingrediaris subter tectum meum, sed dic uerbum & sanabitur puer meus. Siquidem & ego sum homo, constitutus sub potestate alterius, & habeo quoq; sub me milites, & cum dico huic uade & uadit, & alteri ueni & uenit, & seruo meo fac hoc & facit. Cumq; audisset Iesus miratus est, dixitq; ad eos qui sequebãtur se: Amen dico uobis, [d] non inueni tantã fidem in Israël. Dico autẽ uobis, quod multi uenient ab oriẽte & ab occidente, & accumbent cum Abraham, Izahac & Iacob in regno cœlorũ, filij autem regni mittentur in

tur in tenebras exteriores, & ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: uade, & quemadmodū credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer hora illa. Ingressus autem Iesus domum Petri, uidit socrū eius decumbentem propter febrem. Et cum tetigisset & manum eius, reliquit eam febris: & illa surgens ministrauit eis. Et ut uespera appetijt, adduxerunt ad eum multos habētes dæmones, & ipse per uerbum eiecit spiritus, sanauitq; oēs male habentes, ut impleretur id quod dictum erat per Isaiā prophetam dicentē: Infirmitates nostras ipse tulit, & dolores nostros, hos ipse portauit. Et uidens Iesus turbas multas circum sese, præcepit discipulis suis, ut irent trans fretū. Accedens uero unus ex scribis dixit ei: Rabbi, sequar te quocunq; ieris.

ממלכת ישלחו אל ה
חשך החיצון ׃ שם יהיה
בכי וחירוק שנים ׃
ויאמר ישוע לשר מאה
לך וכמו האמנת יהי
לך ׃ וירפא הנער בשעה
ההיא ׃ ויבא ישוע אל
בית של כיפא וירא ה
חמותו שוכבת בחמה ׃
ויגע את־ידה ותעזבה
חמה והיא קמה ותשרת
להם ׃ וכאשר היה ערב
הגישו אליו את־רבים
בעלי השדים והוא ב
בדבר הוציא הרוחות ו
וירפא כלם שהיו ברע
להתקיים מה שנאמר
על ידי ישעיה הנביא ה
האומר חלינו הוא נשא
ומכאובינו סבלם ׃
וירא ישוע את־כיתות
רבות סביבו ויצוה את
־תלמידיו ללכת לעבר
ים ׃ ויגש אחד מספרים
ויאמר לו רבי אבא א
אחריך אנה אתה תלך ׃

Respon-

ויאמר לו ישוע
שועלים יש להם חם
חפורות ולעוף השמים
קנים ולבן־אדם אין מ
קרקע ששם ישים את־
ראשו: ואחר מתלמידיו
אמר אליו:
אדני הנח לי בתחלת
עד שאקבור את־אבי:
ויען לו ישוע בא אחרי
והנח מתים לקבור את
מתיו:
ויעל בספינה ויבאו
אחריו תלמידיו והנה
סער גדול היה בים ו
והספינה תכסה מה
מהגלים והוא היה י
ישן:
ויקרבו אליו תלמידיו
ויעוררוהו לאמור אדני
הושיענו כי נאבד:
ויאמר להם ישוע
למה אתם יראים קטני
אמונה: אז קם ויגער
את־הרוחות ואת־הים ו
והיתה שתיקה גדולה: ויתמהו האנשים ויאמרו

Reſpondit illi Ieſus: uulpes foueas habent, & auibus cœli ſunt nidi, [g] filio autem hominis non eſt locellus, in quo uel caput ſuum ponat. Sed & alius quidam ex diſcipulis ſuis dixit ei: Domine, permitte mihi ut prius ſepeliam patrem meum. At Ieſus reſpondit ei: ſequere me & permitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

Cumq; conſcendiſſet nauim, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius: & ecce commotio magna facta eſt in mari, ut nauis ipſa operiretur à fluctibus, ipſe uero dormiebat. Et accedẽtes diſcipuli eius ad eum excitauerunt eum dicentes: Domine ſalua nos, quoniam perimus. Et ait illis Ieſus: quare uos puſillæ fidei timetis? Tunc ſurrexit & pręcepit uentis atq; mari & facta eſt tranquillitas magna. Et admirati ſunt homines dicentes:

quis

quis est iste ut uenti & mare obediãt ei? Et posteaquam Iesus uenisset trãs fretum in terram [h] Girgesæorum, uenerunt ei obuiam duo dæmoniaci egreſsi de sepulchris, & erant ualde sæui, ut propter eos nemo auderet transire per uiam illam. Et ecce clamabant dicentes: quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ut affligeres nos ante tempus. Et non procul ab eis erat grex porcorum multorum pascentium, & dæmones rogabant eum dicentes: si eijcis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorũ. Et ait illis: ite. Qui egreſsi abierunt in porcos. Et ecce abijt totus grex magno impetu, & deiecerunt sese in mare, mortuiq; sunt. Pastores autem fugerũt, & ingreſsi ciuitatem annunciauerunt omnia ista, quin & de illis in quibus fuerant dæmonia. Et ecce tota ci-

מִי הַזֶּה כִּי רוּחוֹת וְיָם
יִשְׁמְעוּ לוֹ׃ וְאַחֲרֵי־כֵן
בָּא יֵשׁוּעַ לְעֵבֶר יָם ב
בְּאֶרֶץ גִּרְגָּשִׁיִּים וַיָּבֹאוּ
לִקְרָאתוֹ שְׁנַיִם בַּעֲלֵי ה
הַשֵּׁדִים וַיֵּצְאוּ מִן ק
קְבָרִים וְהֵם אַכְזָרִים מ
מְאֹד וּבַעֲבוּרָם לֹא יָכֹל
אָדָם לַעֲבוֹר בַּדֶּרֶךְ ה
הַהִיא׃ וְהִנֵּה קָרְאוּ
לֵאמֹר מַה־לָּנוּ וָלָךְ י
יֵשׁוּעַ בֶּן הָאֱלֹהִים׃
בָּאתָ הֲלוֹם לְעַנּוֹת א
אוֹתָנוּ קוֹדֶם עֵת׃
וְאֵין רָחוֹק מֵהֶם הָיָה
עֵדֶר חֲזִירִים רַבִּים ר
רֹעִים וְשֵׁדִים הִתְחַנְּנוּ
אֵלָיו לֵאמֹר אִם תּוֹ
תוֹצִיאֵנוּ מִזֶּה שַׁלְּחֵנוּ ב
בְּעֵדֶר הַחֲזִירִים׃ וְהִנֵּה
הָלַךְ כָּל־הָעֵדֶר בְּסַחַף ג
גָּדוֹל וַיִּתְנַפְּלוּ אֶל יָם
וּמֵתוּ׃ וְרֹעִים נָסוּ
וַיָּבֹאוּ לָעִיר וַיַּגִּידוּ כָּל
הָאֵלֶּה גַּם עַל־אֵלֶּה אֲשֶׁר
בָּהֶם הָיוּ שֵׁדִים׃

והנה כל העיר יצאה ל
לקראת ישוע ובאשר ר
ראו אותו התחננו א
אליו שיעבור מגבולם:

uitas illa egressa est in oc cursum Iesu: & cum uidissent eum; præcabantur eum ut discederet à finibus suis.

a *Adorauit eum.*] Hoc est, *in faciem procidit, reuerentiamq́; exhibuit: Est enim* Hebræis *uerbum* השתחוה *idem ferè quod* השפיל עצמו *sese humiliare corpore & animo.* Vnde Ge*nesis 43: ubi scribitur* ויקדו וישתחוו *id est, & inclinauerunt se atque adorauerunt, scribit* Rabi *Sal.* קידה בכיפת קדקד השתחואה משתטח לארץ *hoc est, inclinatio est uerticis incuruatio, adoratio autem est prostratio in terrã.* Porro *uerbum ipsum est de reciproca coniugatione, deriuaturq́; à radice* שחה *quod significat incuruescere, & mutatur he tertia radicalis in uau mobilem.*

b *Vt uidearis à sacerdote.*] *Licet hic leprosus uere esset mundatus, nec opus haberet hominis approbatione, uoluit tamen Christus eum destinare ad sacerdotes propter testimonium seu legem illis à deo datam, obseruandam & honorandam: sicut & mater eius post partum purificationis ceremonias non intermisit; quæ tamen nulla opus habuit purificatione.* Produnt *hic iterum* Iudæi *ineptias suas, qui contra hunc locum sic arguunt.*

ועכשיו נפלאה לי מדוע צוה לאותו מצורע
לילך אל הכהן ולהביא קרבנו· כיון שנתרפא
על ידו למה היה צריך לילך לכהן ועוד אין
אנו רואים את כל שאר מצות שבתורה אפים
אותה נעשית על פיו אחר שנולד מן האשה
כגון שבת ומילה וחזיר וכלאים ואחרות כמה
וכמה שהתיר אחר ביאתו· התשובה· למה

אתה כותב דברי שקר הלא לקח משיחנו מ
מילה ואיפה קראת שאכל בשר חזיר ולבש
כלאים הנה הוא בעצמו שמר את התורה עד
שכרת עמנו ברית חדשה אשר עליה נכתב
בירמיה׳

Id eſt, Etiam mirum eſt apud me, quare præceperit leproſo ire ad ſacerdotem & offerre ſacrificium ſuum. Cum enim perfecte ſanatus eſſet ab eo, quid opus erat ire ad ſacerdotem? Et ecce non uidemus quod omnia alia legis præcepta, etiam unum, fuerint obſeruata, per uerbum poſtquam natus eſt ex muliere, ut eſt ſabbatum, circunciſio, caro porcina, ueſtes lineæ & laneæ permixtæ & alia tam multa quæ ipſe ſoluit poſt aduentum ſuum. Ecce qualia mendacia cæci illi homines excogitauerunt, cum nullibi legerint Chriſtum ediſſe carnem porcinam, aut ueſtitum indumento ex lana & lino contextum, ſed legalia ipſe obſeruauit uſq; ad mortem, & figuram agni paſchalis, cum iam pergeret immolari, oſtendit in ſe terminari.

c Centurio.] *Vocant Hebræi centurionem* שר מאות *id eſt, principem centum ſubditorum; ſicut & tribunum uocant principem mille militum.* Et quod ſubditur, Puer meus iacet domi, *hebraiſmus eſt, in quo* נער *id eſt, puer uſurpari ſolet pro* משרת *miniſtro.*

d Non inueni tantam fidem.] *Vocant Hebræi fidem* אמונה *quæ eſt quaſi* בטחון *certitudo quædã, qua quis* סובר שהוא אמת *ut ipſi definiunt, id eſt, non dubitat illud quod credit uerum eſſe. Sic & noſtri deſcribunt fidem eſſe conſtantem quandam & indubitatam animi per ſpiritum ſanctum de dei bonitate atque promiſſis perſuaſionem. Et qui ſic eſt perſuaſus, nititur uerbis dei, & eſt certus de liberatione ab omni malo atque de uita æterna. Sed hoc eſt donum Dei, & non licet illud noſtro promereri opere,*

cum à

eum à pueritia ipsa propensi simus ad malum, & necesse sit quod ipse nos sua præueniat gratia: & hæc diuinæ bonitatis receptio fides est, certa scilicet illa בִּטָּחוֹן *persuasio, de eius impensa bonitate, qua & sola iustificamur. Primum quidem insinuatur uerbum externum, commendans dei bonitatem, deinde spiritus dei persuadet cordibus electorum ut illis fidem adhibeant, & deum agnoscant per Christum sibi omnia condonare peccata, & filios atq; regni cælestis constituere hæredes. Cum autem hæc persuasio animum obtinuerit simul quoq; timor & amor dei animum ipsum pro modo persuasionis implent. Sed de his apud alios copiosiora inuenies.*

e Petri.] Hebraice Cepha, *quæ tamen uox magis est* Chaldaica *siue* Syriaca *quàm hebraica*. Est *enim* Hebræis סֶלַע petra, Chaldæis *autem* כֵּפָא Hoc *nomen* Christus *dedit*. Petro *pro* שִׁמְעוֹן *quo antea uocabatur, ob gloriosam illam & firmam confessionem, quo* Christo *respondit*: Tu es Christus *filius dei uiui*. Fuit *autem lingua* Chaldaica, Hebræis *in terra sua uernacula, postquam redierunt ex captiuitate* Babylonica, *id quod omnes uoces peregrinæ euangeliis insertæ attestantur, quas uulgus hebraicas esse putat*. Vsus *est enim* Christus *ad plebeios homines uernacula lingua, & non pure hebraica, quam solum docti callebant.*

f Rabbi.] Est רַב Hebræis *magister & præceptor, & qui aliquid præstare potest: & quando adjicitur affixum iod, legunt* Iehudæi רַבִּי *sicut à* בת *filia, fit* בִּתִּי *filia mea cum hirec*. In *plurali absoluto legunt* רַבּוֹנִים *rabbonim, cuius singulare* רַבּוֹן *rabbon usurpant plerunq; pro deo & domino mundi*. Sic Iohannis *20. dixit* Maria Magdalene: Rabboni, *id est magister uel domine mi*. Cum *pronominibus uero affixis legunt* רַבּוֹתֵינוּ *magistri nostri*. Duplicatur *uero beth per dages, quia radix uocabuli est ex duplicantibus secundam radicalem.*

g Filio autem hominis.] *Offenduntur Iudæi hoc modo loquendi, quando Christus se uocat filium hominis, arguentes in hunc modum.*

אם אלהי׳ הוא למה קרא עצמו בן אדם והלא מצינו בכמה מקומות שמזהיר לנו שלא לדמותו לבן אדם כמו שאמר בלעם לא איש אל ויכזב ובן אדם ויתנחם׃ ועוד שאמר דוד אל תבטחו בנדיבים בבן אדם שאין לו תשועה׃ ועוד כתוב ארור הגבר אשר יבטח באדם ושם בשר זרועו ובכל אילו הדברים היו כישו שנקרא שמו בן אדם׃ תשובה׃ אתה כוזב ואין המשיח שהוא אל אמת וגם הוא בן אדם בשביל אישות אשר לקח ב בייחוד המורה׃

Appellat se Christus filium hominis more scripturæ quæ hominem ex infima sorte natum, appellat filium hominis. Sic Christus factus est in similitudine hominum, hoc est, quasi unus è uulgo hominum, cum tamen non rapinam arbitratus sit se esse æqualem Deo. Respondit proinde Christus scribæ. Vulpes foueas habent &c. Vt illi adimeret animum cupidum, qui quæstus gratia uenerat ad eum, cúm tamen dominus cœli & terræ pauperior esset bestijs terræ & uolucribus cœli.

h Girgesæorum.] *Hic locus alio nomine uocatur* גינוסר *ut Iehosuæ undecimo, ubi in hebræo habetur* כינרות Cineroth, *Chaldaica & uernacula lingua habet Ginosar. Alij uero Euangelistæ mentionem faciunt regionis Gadarenorum.*

Conscensa

וַיַּעַל יֵשׁוּעַ אֶל סְפִינָה
וַיֵּלֶךְ מֵעֵבֶר הַיָּם וַיָּבֹא
לְעִירוֹ׃ וְהִנֵּה הִגִּישׁוּ
אֵלָיו אֶת אִישׁ נִשׁוֹל א
אֵיבָרִים הַשּׁוֹכֵב בְּמִטָּה׃
וְכַאֲשֶׁר רָאָה יֵשׁוּעַ א
אֱמוּנָתָם אָמַר לִנְשׁוֹל
הָאֵיבָרִים בְּטַח בֵּן כִּי
נִסְלְחוּ לְךָ חַטֹּאתֶיךָ׃
וְהִנֵּה אָמְרוּ מִסּוֹפְרִים
בְּקִרְבָּם הַזֶּה מְגַדֵּף׃
וַיַּרְא יֵשׁוּעַ מַחְשְׁבוֹתָם
וַיֹּאמֶר לָמָּה אַתֶּם ת
חֹשְׁבִים רָעוֹת בלב
בִּלְבוֹתֵיכֶם׃ אֵיזוֹ
יוֹתֵר קַלָּה לֵאמֹר נִסְלְחוּ
לְךָ חַטֹּאותֶיךָ אוֹ לֵאמֹר
קוּם וָלֵךְ׃ וּלְמַעַן
שֶׁתֵּדְעוּ כִּי יֵשׁ בֶּן־ת
הָאָדָם מוֹשֵׁל בָּאָרֶץ ל
לִסְלוֹחַ חַטָּאוֹת אָז אָמַר
לִנְשׁוֹל הָאֵיבָרִים׃ קוּם
וְשָׂא אֶת־מִטָּתְךָ וָלֵךְ אֶל
בֵּיתֶךָ׃ וַיָּקָם וַיֵּלֶךְ
אֶל בֵּיתוֹ׃ וְכַאֲשֶׁר
רָאוּ כִּיתּוֹת יָרְאוּ וי



Onſcẽſa itaq; Ieſus naue, traiecit mare & uenit in ciuitatem ſuam. Et ecce adduxerunt ad eum [a] uirum paralyticum iacentem in lecto. Cumq́; uidiſſet Ieſus fidem eorum, dixit paralytico: cõfide fili, quoniam remittuntur tibi peccata tua. Et ecce dixerunt quidam è ſcribis intra ſe: hic blaſphemat. Videns autẽ Ieſus cogitationes eorum, dixit: quare uos cogitatis mala in cordibus ueſtris? [b] Vtrum enim facilius eſt dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge & ambula? Vt autem ſciatis quod filius hominis poteſtatem habet in terra remittẽdi peccata, tunc ait paralytico, Surge & tolle lectum tuum, & abi in domũ tuam. Qui ſurrexit & abijt in domum ſuam. Cumq́; uidiſſent turbæ, timuerunt,

b Populus iſte.] *Scribitur locus iſte Iſaiæ 29. ubi per timorem intelligitur religio & cultus dei, qui apud Iudæos conuerſus fuit in mandatum hominum, hoc eſt, fuit ſolum externus, & cor eorum longe fuit à domino, quod tamen potiſsimum dominus habere uult in ſuo cultu, & ſine eo omnis cultus externus aliud nihil eſt quàm uaniſsima hypocriſis. In corde ſita eſt omnis noſtra puritas, iuſticia & ſalus. Corde enim creditur ad iuſticiam, ſicut econtra quãdo fides cordis abeſt, iam ex impuro corde nihil procedere poteſt, niſi quod eſt impurum, malæ cogitationes, cædes, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſtimonia, fraus, dolus &c. Non igitur quod intrat in os inquinat hominem, ſed quod ex corde procedit. Deſtruit hic locus, quicquid de delectu ciborum ab hominibus eſt conſtitutum. Cibus non ingreditur in cor, ſed in uentrem & deinde in ſeceſſum, quomodo igitur inquinabitur ab eo cor? At malæ cogitationes intrãt in cor, & rurſum exeunt de corde, & illæ inquinant cor. Eſt igitur cor ſedes pietatis & impietatis, puritatis & impuritatis. Si capiatur quicunq; cibus cum benedictione & ſancta cordis cogitatione, ille iam non impurum reddit cor, ſed magis arguit cor eſſe purum. Eſt hic & Iehudæis reſpondendum qui nobis obijciunt locum quendam ex Iſaia, capite ult. de carne ſuilla, quæ citra legis Moſaicæ uiolationem & cordis inquinationem edi non poteſt, ut illi arguunt:*

כתיב בישעיהו אוכלי בשר החזיר והשקץ יחדיו י
יסופו נאם יהוה משמע שבשר חזיר לא מותר לע
לעולם כי הקרא מדמה אותו לשקץ ור״ל ישעיהו נבא
על דורו כי הכה היה בדורו שהיו אוכלין בשר חזיר
ובאותו זמן היה רוצה מי שאכל בשר חזיר כאילו
היה אוכל בשר שקץ כי עדיין לא נתנה חקות תורת
משה

מֹשֶׁה כְּמוֹ שֶׁעָשָׂה מְשִׁיחַ ה׳ שֶׁהִתִּיר הַקּוֹת אֲשֶׁר הֵם
עַל דְּבָרִים הִיצוֹנִים׃

c *Irritati sunt.*] *Irritare aliquem siue scandalizare, est aliquid dicere uel facere, quo ille auocatur uel impeditur à salute & studio ueræ pietatis, id quod Christus summe cauit qui propter salutem prædicandam uenerat, sed peruersi homines omnia fere dicta & facta eius sibi scandala fecerunt, unde alieniores sese ab autore uitæ fecerunt. At Christus propterea non potuit omittere ea propter quæ uenerat in hunc mundum quippe qui in ruinam & resurrectionem multorum positus fuit iuxta Simeonis prophetiam, quæ ad præsentem quoq; facit locum: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus qui est in cœlis eradicabitur, hoc est, quos pater non plantauit ad uitam æternam, hos eradicari oportet.*


d *Non sum missus.*] *Perditas oues Israëlis, uocat hic electos ad uitam, sed qui adhuc ignorabant uiam. Dicit quoq; se missum propter Israëlitas, qui scilicet habebant promißionem regni ex lege & prophetis, etiam si gentibus quoq; regnum illud fuerat denunciandum. Exhibuit se proinde Christus durum erga hanc mulierem non ob aliam causam quàm ut exemplũ fidei eius magis illustraret, ostenderetq; quàm grata illi nostra sit in oratione importunitas, potißimum si ex indubitata fide procedat. Ex ista explicatione, facile colligi potest responsio qua obuietur Iudæis, qui hunc locũ sic impugnant:*

מַה שֶּׁעָנָה לָהֶם יֵשׁוּ אֵינִי שָׁלוּחַ כִּי אִם לְמַעַן צֹאן
בֵּית יִשְׂרָאֵל כְּלוֹמַר שֶׁהוּא לֹא בָא לָאָרֶץ אֶלָּא לִמְחוֹל
לְפוֹשְׁעֵי יִשְׂרָאֵל חַטֹּאתָם ׃ וְהוֹאִיל שֶׁבָּא לִמְחוֹל
וְלִסְלוֹחַ לְיִשְׂרָאֵל מַדּוּעַ הִפְשִׁיעָם וְהִכְשִׁילָם וְעִוְּרָם
שֶׁהָיוּ נִכְשָׁלִים בְּמִיתָתוֹ וְכִי אֵין אוֹמֵר בְּעוֹלָם ש
שֶׁיָּכוֹל לְהַכְשִׁילָם אֶלָּא אֱלֹהִים שֶׁבָּא לִפְדוֹת ולת
גְלְהוֹשִׁיעָם ׃ וְעוֹד שֶׁהוּא אוֹמֵר אֶל הַכְּנַעֲנִית אֵין
לגדול

לגזול לחם מן הבנים ולתתו לכלבים דומיא זאת
לא אומר אלא כלומר לא טוב שאגזול החסד שיש
לי לעשות לבני ישראל ואתנבח לשאר אומות כלו׳
לזאת הכנענית שנקראת כלבה : תשובה · אין עזר
אתכם ואת אבותיכם משיחנו כי אם רעתכם היא
עורתכם ושנאתכם אשר בלבותיכם כנגד משיחנו
היא תאבדכם לגיהנם כמו שכתוב בישעיה נקל מ
מהיותך לי עבד להקים את שבטי יעקב ונצורי
ישראל להשיב ונתתיך לאור גוים להיות ישועתי
עד קצה הארץ · הנה הנביא ראה ברוח מה שיהיה
עתיד כי מי משיח היאך שבטי ישראל ימאנו ליקח
תשועת המשיח השם וגוים יקחו אותה בשמחה :

Locus ex Isaia in mea responsione citatus, scribitur quadragesimo nono capite, ubi tam expressa fit mentio de reprobatione Iudæorum & insertione gentilium, maleq; audit locus ille apud Iudæos, & conantur eum torquere in diuersum sensum, ut נקל *legatur pro* הנקל *sed quod præcedit obstat, nempe, Frustra laboraui, in uanum consumpsi uim meam &c.*

ויגשו אליו פרושים
וצדוקים מנסים וש
ושואלים לו להראותם
אות משמים :
ויען הוא ויאמר
אליהם בשיהיה ערב ת
תאמרו טוהר עתיד ה



Ccesserūt autem ad eum Pharisæi, & Zadducæi, tentantes & rogantes eum, ut [a] ostenderet eis signum de cęlis. At ille respondens, dixit ad eos: cum fuerit uespera dicitis, Serenitas erit, quoniam

quoniã cœlum rubescit: & mane, hodie tempestas futura est, quoniã tristes cœli rubescunt. Et ecce faciem cœli scitis dijudicare; signa autem temporum non potestis scire. Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Relinquens uerò eos abijt. Et cum uenissent discipuli eius ultra mare, obliti sunt accipere panem. Ipse autem dixit eis: uidete & cauete à fermento Pharisæorum & Saducæorũ. At illi reputabant inter se dicẽtes: quoniam non sumpsimus panes. Quod ubi cognouit Iesus, ait: quid cogitatis inter uos, modicæ fidei? quòd non accepistis panes? Adhuc non intelligitis neque recordamini quinq; panum in quinq; millia hominum, & quot sportas sustuleritis? neq; septem panũ in quatuor millia

השמים יתאדמו ובבוקר
היום תהיה סערת כי
סודרים שמים יתאדמו:
והנה את פני השמים
ידעתם לשפטי ואותות
העתים לא יכלתם לדעת:
יחוס רע וזימה מוב
מבקשת אות ואות אין
תנתן לה כי אם אות י
יונה הנביא: ויעזוב
אותם וילך: וכשבאו
תלמידיו בעבר ים ש
שכחו לקחת לחם:
והוא אמר להם ראו ו
והשמרו מחמצת פ
פרושים וצדוקים: והם
חשבו ביניהם לאמר
כי לא לקחנו לחם:
וידע ישוע ויאמר מה־
תחשבו ביניכם קטני
אמונה כי אין לקחתם
לחם: עוד לא תתבוננו
ולא תזכרו חמשת לחם
לחמשת אלף האדם ו
וכמה סלים נשאתם ו
ואין חשבעת לחם ל
לארבעת אלף האדם ו

וכמה סלים נשאתם ׃
ולמה לא תתבוננו כי
אין על לחם אמרתי ל
לכם השמרו מחמצת
הפרושים והצדוקים ׃
אז התבוננו כי לא אמר
להשמר מחמצת לחם
כי אם מתלמוד הפ
הפרושים והצדוקים ׃
ויבא ישוע בגבולי ק
קיסריאה פילפוס וי
וישאל לתלמידיו לא
לאמר ׃ את־מי יאמרו
בני אדם היות בן־ה
האדם ׃ ויאמרו קצת
את־יוחנן הטובל וק
וקצת את־אליה ואחרי
את ירמיהו או אחד מן
נביאים ׃ ויאמר אליהם
ישוע ואתם אותי מי
תאמרו היות ׃ ויען
שמעון כיפה לאמור א
אתה הוא משיח בן־ה
האלהים חי ׃ ויען
ישוע ויאמר אליו א
אשרי אתה שמעון בר יונה כי בשר ודם אין גלה לך

millia hominum, & quot ſportas ſuſtuleritis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi uobis (quando dixi) cauete à fermẽto Phariſæorum & Saducæorum? Tunc intellexerunt, quod non dixerat cauendum à fermento panum, ſed à [b] doctrina Phariſæorum atq; Saducæorum. Venit proinde Ieſus intra terminos [c] Cæſareę Philippi, & interrogauit diſcipulos ſuos dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Illi uerò dixerunt: quidam Iohannem baptiſtam, quidam Eliam, alij uero Ieremiam aut unum ex prophetis. Et ait illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? Et reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Et reſpondit rurſum Ieſus & ait ei: beatus es Simõ bar Iona, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi,

ſed

sed pater meus qui est in cœlis. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non ualebunt aduersus illam. Et tibi dabo claues regni cœlorũ. Et quicquid alligaueris super terram, erit alligatum in cœlis: & quicquid solueris super terra, erit quoq; solutum in cœlis. Tunc præcepit discipulis suis, ne cui dicerẽt, quod ipse esset Iesus Christus. Et ex eo tempore cœpit Iesus indicare discipulis suis, quod [d] oporteret eũ ire in Ierusalem, & pati ibi multa à senioribus & scribis atq; à principibus sacerdotum, & occidi atq; resurgere die tertio. Et accipiens eum Petrus, cœpit corripere eum, & dicere: absit à te domine, nequaquam erit tibi hoc. Et ipse conuersus dixit Petro: abi post me satana, tu

כי אם אבי שהוא ב
בשמים : ואני אומר
לך כי אתה כיפה ועל
כיפה הזאת אבנה את־
מקהלי ושערי תחתיות
אין יגברו עליו : ולך
אתן את־מפתחי ח
המלכות השמים: וכל־
מה שתאסור על הארץ
הוא יהיה אסור בשמי'
וכל־מה שתתיר על ח
הארץ הוא יהיה מתר
בשמים : אז צוה את־
תלמידיו שלא לאיש י
יאמרו שהוא היה ישוע
המשיח : ומאז התחיל
ישוע להודיע לתלמידיו
כי הצריך ללכת אל־י
ירושלם ולסבול שם ר
רבות מאת־זקנים ר
וסופרים ומאת־־שרי
הכהנים ולהרג ולקום
ביום השלישי: ויקחהו
כיפה ויחל להוכיח א
אתו לאמר חלילה לך
אדני אין תהיה לך ח
הזאת : וישוב הוא ויאמר אל כיפה לך אחרי שטן

obstaculo

אתה הוא לי מכשול כי
אין תטעם אותם אשר
הם לאלהים אלא אותם
שהם לאנשים:
אז אמר ישוע
לתלמידיו מי שירצה
ללכת אחרי ימאס עצמו
וישא את-צליבו וילך
אחרי:
כי מי שיחפץ
להושיע את נפשו הוא
יאבד אותה:
ומי שיאבד את-נפשו
למעני הוא ימצאנה:
כי מה יועיל לאדם אם
יקנה את-כל-העולם ו
ובנפשו נזק ישא או א
איזו תמורה יתן אדם
תחת נפשו:
כי בן האדם יבא
בכבוד אביו את-מל
מלאכיו ואז ישיב ל
לאיש במעשיו:
אמן אמר לכם יש מ
מהעומדים פה שלא י
יטעמו את-מות עד שיראו בן האדם הבא במלכותו:

obſtaculo es mihi, quoniam non ſapis ea quæ dei ſunt, ſed ea quæ ſunt hominum. Tunc dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ille qui uult uenire poſt me, [e] abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam ac ſequatur me. Qui enim uoluerit ſaluare animam ſuam, is perdet eam. Et qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi acquiſierit totum mundum, & in anima ſua reportet damnum? aut quam commutationē dabit homo pro anima ſua? Si quidem filius hominis uenturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc [f] reddet unicuiq; iuxta opera eius. Amen dico uobis, ſunt quidam ex ſtantibus hic, [g] qui nō guſtabunt mortem, donec uiderint filium hominis uenientem in regno ſuo.

a Vt ostenderet eis signum de cœlo.] Postulabant à Christo signum de cœlo tentandi gratia & non ueritatis cognoscendæ desiderio, ideo signum fuit eis negatum. Habuerant prius multa signa, ex quibus, si uoluissent cognoscere ueritatem, quis ipse esset potuissent aduertere. In rebus exterioribus prudentes erãt, quippe qui ex aspectu cœli poterant dijudicare serenitatem aëris & tempestatem, et in rebus dei non poterant neq; uolebant cognoscere signa salutis & tempus uisitationis eorum atq; præsentiæ Christi. Signum tamen datum est eis, sed quale in Iona uisum est, nempe signum resurrectionis, ut quemadmodum Iona ex uentre ceti in uitam reuocatus fuit, ita ipse à uera morte ad uitam esset reuocandus, & signum illud testimonium esset condemnationis eorum, quippe ex quo aduertere debuerant potentiam & maiestatem Christi, potissimum cum sancti apostoli signum illud resurrectionis magna fiducia atque miraculis toti mundo prædicauerint. Obijciunt hic nobis Iudæi, resurrectionem Christi non per omnia respondere figuræ Ionæ, cum Christus non tribus integris diebus, necnon nisi duabus noctibus iacuerit in sepulchro, arguunt autem sic:

כתיב לחן כמו שהיה יונה במעי הדגה שלשה ימים וג׳ לילות כן יהיה ישו בארץ שלשה ימים ושלשה לילות וזה איננו יכול להיות שהיה ישו בלב הארץ ג׳ ימים ושלשה לילות שהרי ישו נצלב ביום ששי בערב ועמד ביום ראשון בהשכמה ואפילו לדבריהם מקצת יום ככלו אף על פי כן איננו כי אם ג׳ ימים וב׳ לילות׃ ויל״ כבר אמרתי לעיל כי אין צריך שמשלים יהיו דומים לענינים נרמזים בכל איבריהם אלא די הוא אם יש בראש ביניהם דמות׃

In quibus uerbis nec synecdochen admittere uolunt, sed tres integros dies requirunt, perinde quasi oporteat semper rem figuratam

figuræ

figuræ per omnia respondere, quod falsum iudicamus, alioquin oporteret & deum habere corpus, cum scriptura dicat hominem formatum ad imaginem & similitudinem dei.

b Doctrina Pharisæorum.] *Supra comparatur euangelium fermento, hic uerò comparatur doctrina hominum fermento, quæ cum non nitatur uerbo dei, necesse est ut corrumpat bonos mores, quæ scilicet legem & opera docet sine fide atq; Christo: & hæc pios non facit sed superbos, superciliosos, & qui bona opera sua alijs uendere audent, cum tales nihil sint quàm meri Pharisæi & hypocritæ.*

c Cæsareæ Philippi.] *Sita est hæc urbs ad fontem Iordanis, uocataq; est antea Panneas, sed à Philippo, ob cuius uxorem Iohannes baptista occubuit, ampliata fuit & Cæsarea dicta, atque postea Neronia uocata &c. Ibi interrogabat Christus discipulos suos quid de eo sentiret uulgus, ut illos scilicet certius de se instrueret. Et Petrus pro omnibus apostolis respondit: Tu es Christus filius dei uiui, à quo scilicet omnia habent uitam. Sed quia caro & sanguis illam confeßionem ei non suggesserant, sed pater cœlestis, respondit ei Christus: Beatus es Simon bar Iona, id est, filius Ionæ, sonat enim bar in Syriaca lingua, qua Christus ad uulgares est usus, filium, pro quo hebræa lingua habet ben. Idem sentiendum est de* כיפה *Cepha, id est, petra, pro qua Hebræi legunt* סלע *Vocauit autem dominus hunc apostolum petram, propter f dei suæ magnificam confeßionem, super quam & ecclesiam suam se ædificaturum asseruit: non super Petrum ipsum, sed super firmã illam confeßionem à qua Petrus uocatus est Petrus, contra quam nec portæ inferorũ, id est, potestas tenebrarũ aliquid ualebunt. In portis olim fiebant iudicia & sedebat potestas publica: atq; hinc est quod hic dicitur, portæ inferorũ etc. Cæterũ quod subijcitur de clauibus, hũc habet sensum: per regnum cœlorũ intelligitur ecclesia Christi, et hæc aperitur per clauem uerbi dei. Credentibus autem aperitur regnum cœlorum, hoc est, remißio peccatorum & uita æterna promittitur ex uerbo Dei,*

& hoc est remittere peccata, sicut econtra non credentibus per uerbum Dei *clauditur regnum cælorum, hoc est, remißio negatur peccatorum & æterna mors annunciatur.*

d Oporteret eum ire in Ierusalem.] *Appropinquabat tempus suæ paßionis, ideò uoluit in discipulis augere sui cognitionem atq; roborare fidem ne deficerent, cum uiderent eum mori pro peccatis hominum, imò mortem ipsam esse uiam ad æternam uitam, præsertim mortem* Christi, *qui sui sanctißimi corporis oblatione electos patri cælesti reconciliauit, & filios dei, qui dispersi erant, congregauit in unum.* Reparauit *nobis morte sua uitam, quam Adam primus parens peccato suo amisit. Sed perfidi Iudæi sacra nostra contaminantes & blasphemam suam linguam exerentes, aiunt propterea Adam & suos posteros morti obnoxios factos, quod futurus esset ex semine eius, qui se deum faceret. Scribunt enim sic quidam eorum super Genesim:*

חשאל למיגים בת׳ בפרש׳ בראשית שאמ׳
ה׳ הן האדם היה כאחד ממנו וגו׳ עד וחי ל
לעולם כך תשאל לו׳ מה היה חושש הקבה
אם יחיה האדם לעולם והלא מנהג העולם
שאין אדם חפץ שיתבלו מעשיו אם נטע כ
כרם או אילן לא רצה לייבש אם בנה בית לא
רצה שיפיל אלא לפי שראה הק׳ שעתיד ישו
להטעות העולם ולומר שהוא אלוה׳ אמר
הק׳ מוטב שימותו בני אדם וישו יתלו בעץ
אחר ואל יאכל מעץ החיים ויודעו כל באי
עולם כי לא אלוה הוא:

O *blasphema uox inimicorum crucis* Christi, *perpetuis uindicanda flammis. Vere impletur hic uerbum apostoli, quod crux & mors* Christi *Iudæis scandalum est, & gentibus stulticia, nobis autem credentibus salus ad uitam.* Mors Christi *non attulit mundo mortem, ut*

peruersus

peruersus ille Iudæus scribit, sed uitam. Nec quia Deus præuidit Christum futurum deum & hominem, homines mori cœperunt, sed quia homo peccauit, deus factus est homo & humiliauit se factus patri cælesti obediens usq; ad mortem, à qua obedientia eum per Petrum reuocaretur, uocauit eum satanam, ut qui ex instinctu satanæ eum conaretur abducere, ne fieret hostia pro peccatis illorum quos pater ad uitam ordinauerat.

e Abneget semetipsum.] Abnegare semetipsum, est non ex humano affectu uiuere, sed meditari uitam quæ deo digna sit, sese committere curæ patris cælestis, & tollere crucem suam, idest, æquo animo ferre ærumnas suas, quas pater ferendas imposuerit, & id aliud nihil est, quàm sequi Christum, & perdere animam. Perdere animam hebraismus est, capiturq; pro, ferre crucem & multa uitæ sustinere incommoda, adducere deniq; propter Christum uitam in periculum atq; mortem.

f Reddet unicuiq; iuxta opera eius.] Non quod iustificatio & condemnatio hominis sit ab ipsis operibus, sed bona opera probant bonum hominem, sicut boni fructus probant arborem esse bonam, nec arbor fit bona à fructibus, sed fructus quod sunt boni, id habent ab arbore: ita bona opera non iustificant hominem, sed ostendunt hominem prius iustificatum, & ob id dicitur hic fieri iudicium secundum opera uel facta, quod opera testentur de operante, & ut quisq; fuerit, ita operetur.

g Qui non gustabunt mortem.] Sunt qui putant hunc locum sic intelligendum: inter uos discipulos meos sunt quidam, qui uicturi sunt post passionem meam aliquot annos, & uisuri quàm potenter regnaturus sum in ecclesia mea, & gloriosus apparebo orbi, qui iam per humilitatem subiturus sum mortem. Et multi qui me per mortem perijsse putabunt, breui post mortem meam, saluatorem mundi prædicabunt atq; adorabunt.



Ost sex autē dies, assumpsit Iesus Petrum & Iacobum atq; Iohannem fratrem eius, & duxit eos in montem excelsum seorsum, [a] transfiguratusq; est ante eos. Et splenduit facies eius sicut sol, & uestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce cōspecti sunt illis, Moses & Elias loquētes cum eo. Et respondit Petrus atque dixit ad Iesum, Domine, bonū est ut hic simus. Si uis faciemus hic tria tabernacula, tibi unum, Mosi unum & Eliæ unū. Cumq; adhuc ille loqueretur, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox è nube dixit: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et cum audissent discipuli, ceciderunt in facies suas & timuerunt ualde. Accedens uerò Iesus tetigit

ואחרי ששת ימים לקח
ישוע את־כיפא ואת־י
עקב ואת־יוחנן אחיו
ויעל אותם להר גבה ל
לבדם וישתנה לפניהם:
ויזהרו פניו כמו שמש
ובגדיו היו לבנים כמו
שלג: והנה נראו אליהם
משה ואליהו מדברים
אתו:

ויען כיפה ויאמר
אל ישוע אדני טוב ה
הוא להיותנו פה:
אם תרצה נעשה פה
שלשה אהלים לך אחד
למשה אחד ולאליהו א
אחד: עוד הוא היה
מדבר והנה ענן בהיר ס
סכך עליהם: והנה קול
מענן אמר זה הוא ב
בני אהוב אשר בו ר
רציתי אותו שמעו:
וישמעו תלמידים וי
ויפלו על פניהם וי
וייראו מאד:
ויגש ישוע ויגע

בהם ויאמר אליהם ק
קומו ואל תיראו :
וישאו עיניהם ואין
ראו כי אם לבדו ישוע:
ובשירדו מן ההר צוה
אותם ישוע לאמר לא
תאמרו לאיש המראה
עד שיקום בן האדם מ
ממתים : וישאלו לו
תלמידים לאמר ומה י
יאמרו סופרים כי ת
הצטרך אליהו לבא ב
בתחלה : והוא ענה
ויאמר להם אכן אליהו
יבא וישיב כל : ואני
אומר לכם כי אליהו כ
כבר בא ואין ידעו אתו
כי אם עשו בו כל אשר
חפצו : כן בן־האדם
ישא יסורים מהם : אז
התבוננו תלמידים כי
הוא על יוחנן המטבל
דבר אליהם : וכשבא
אל ביתה קרב אליו אדם
ויכרע לפניו את-ברכיו
לאמר אדני חנן לבני

eos atq; dixit ad eos: surgite & ne timeatis. Et sub leuantes oculos suos, neminem uiderunt nisi solum Iesum. Et cum descẽdissent de monte, præcepit eis Iesus dicens: [b]ne cui dixeritis uisionem, donec resurgat filius hominis à mortuis. Et interrogauerunt eum discipuli dicentes: & quid dicunt scribę, quod oporteat primum uenire Eliam? Qui respondit eis & ait: [c]ueniet utiq; Elias & restituet omnia. Et ego dico uobis, quod Elias iam uenit & non cognouerũt eum, sed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt. Sic filius hominis sustinebit passiones ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quod ipse de Iohanne baptista locutus esset eis. Et cum uenisset ad turbam, accesit ad eum homo, & flectens coram eo genua sua dixit: Domine, miserere filio meo;

quoniam lunaticus eſt & ualde torquetur. Nam ſæpe cadit in ignem & ſæpe in aquam. Adduxi itaque eum ad diſcipulos tuos, ſed [d] non potuerunt ſanare eum. Et reſpondens Ieſus, ait: ô generatio incredula & peruerſa, quandiu ero uobiſcū & quamdiu patiar uos? Adducite eum ad me: & increpauit illud Ieſus, egreſſumq́ eſt dæmonium ab eo, & ſanatus eſt puer ab ea hora. Tunc acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum ſecreto & dixerunt: quare non potuimus nos eijcere illud? Dixit illis Ieſus: propterea quod eſtis increduli. Amen dico uobis, ſi fuerit [e] fides ueſtra ſicut granū ſinapis, dicetis mōti huic, tranſi hinc & tranſibit, & nulla res erit uobis impoſsibilis. Iſtud proinde genus nō eijcitur niſi per orationem & ieiunium. Cum autem uerſarentur in Galilæa, loquutus eſt ad

כי ירחנאי הוא ומאר
ענת: כי הרבה יפול
באש ורבים פעמים ב
במים: ואגיש אותו אל
תלמידיך ולא יכלו ל
לרפא אותו: ויען ישוע
ויאמר הדור סורר ר
ועקש עד מתי אהיה ע
עמכם ועד מתי אסבל
אתכם: הביאו אותו
אלי: ויגער בו ישוע י
ויצא ממנו השד ונרפא
הנער משעה ההיא: אז
קרבו תלמידים אל י
ישוע בסתר ויאמרו ל
למה לא יכלנו אנחנו
להוציא אותו: ויאמר
אליהם ישוע בעבור ש
שאתם אין מאמינים:
אמן אני אומר לכם אם
תהיה לכם אמונה כמו
גרעין חרדל תאמרו להר
הזה עבור מזה ויעבר
ואין דבר ימנע מכם:
וזה מין אין ישלך כי
אם בתפלה ובצום:
והשתהלכו בגליל ד

דבר אליהם ישוע בן
האדם ימסר לידי האדם
ויהרגהו וביום השלישי
יקום: והם התעצבו
מאד: וכשבאו אל כפר
נחום קרבו אשר לקחו
דרכמון אל כיפה ויאמרו
לו מלמדכם השלם ד
דרכמון: ויאמר גם:
וכשבא בבית קדם א
אותו ישוע לאמר מה
נראה לך שמעון: מלכי
הארץ ממי יקחו מס ו
תרומות מבניהם או
מן הנכרים: והוא אמר
מן הנכרים ויאמר אליו
ישוע אם כן חפשים הם
הבנים: ולמען שלא
נכעיסם לך אל הים ו
ושלח את המצודה וקח
הדג אשר בראשון יעלה
ותפתח פיהו ותמצא ל
סטר אותו תקח ותתן
להם בעבורי ובעבורך:

ad eos Iesus: filius hominis tradetur in manus hominum & occident eum, atque die tertia resurget. Ipsi uerò contristati sunt ualde. Et cum uenissent ad Caparnahum accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum & dixerunt ei: Præceptor uester num soluit [f] didrachma. Qui ait, etiã. Et cum ingressus esset in domũ, præuenit eum Iesus dicens: quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum & censum: à filijs suis aut ab alienis? Qui ait: ab alienis: & dixit ad eum Iesus: ergo liberi sunt filij. Sed ne offendamus eos, uade ad mare & mitte hamum, atq; accipe piscem qui primus ascenderit, & aperto ore illius inuenies staterem, quem accipies & dabis eis pro me & pro te.

[a] *Transfiguratusq; est ante eos.*] *Voluit Christus in hac transformatione discipulis suis exhibere specimen suæ gloriæ, atq; fidem facere eorũ, quæ illis prædixerat de sua potestate & gloria. Quod*

autem totus splendidus factus fuit facie & uestibus, gloriam immortalitatis, uitæq; futuræ claritatē adumbrauit. Apparent ex tam multis prophetis Moses & Elias, qui præcipui Zelatores fuerunt cultus diuini, testimonium perhibentes Christo, Moses ex lege & Elias ex prophetis. Porro uox de cælis allata, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, arguit iam adesse eum, quem lex & omnes prophetæ futurum prædixerunt. Quod discipuli territi in terram cadunt ex fulgore diuinæ claritatis, ostendit nos hac corporis mole grauatos haud quaquam in plenum consortium dei posse peruenire. Deponendum est ergo ante quod carnale est, ut cōtingat quod spiritale. Quærunt hic Iudæi, si Iesus fuit deus, quomodo potuerit à discipulis citra uitæ dispendium uideri, cum scriptum sit, Non uidebit me homo & uiuet: sed præstat hic annotare in fauorem studiosorum opinionem eorum quam habent de uisione dei in hac mortali uita,

שאל למין כתיב בתורת משה כי לא יראני האדם
וחי והיאך ראו ישעיה כל בני דורו וחיו שהרי מי ש
שראה את הבן ראה את האב והרוח ששלשתם ק
קשורים ומחוברים יחד שאין אחד נפרד מחבירו לפי
שאחד הם ואין להם פירוד ועוד תקשה לו מישעיה
שאמר ראיתי ה' יושב על כסא רם ונשא וכן מיכה
אומר ראיתי ה' צבאות יושב על כסאו וכל צבא ה
השמים מימינו ומשמאלו וכן יחזקאל ראה את מ
מראה ואמר היא מראה דמות כבוד ה' ואף על משה
עצמו אמר ותמונת ה' יביט וחיו · אך אנו אומרים
שראו איספקלריא שאינה מאירה ומשה ראה א
איספקלריא מאירה · ועוד יל' על מה שאמרו רבותינו
שבשעת מיתת אדם ראה שכינה ומיד מת וזהו ש
שאמר לא יראני האדם וחי שמיד ראהו מת ואינו
חי

חַי יוֹתֵר שֶׁנ׳ לְפָנָיו יִכְרְעוּ כָּל יוֹרְדֵי עָפָר וְנַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה. אֲבָל בְּשָׁעָה שֶׁמְּדַבֵּר עִם הַנְּבִיאִים לְצָרְכָּךְ שֶׁל שְׁלִיחוּתוֹ רוֹאִים וְחַיִּים׃

Sensus huius opinionis est, Interroga hæreticum, (sic uocant Iudæi Christianum hominem) Scriptum est in lege Mosi: Non uidebit me homo & uiuet, Exo.33. quomodo igitur uiderunt Iesum omnes homines illius ætatis & superuixerunt? Nam qui uidet filium, uidet & patrem atque spiritum, qui tres sic adunati sunt atq; coniuncti, quod unus non separatur ab alio, eo quod unum sint & non sit inter eos distinctio. Quin & ex Isaia urgebis eum, qui ait: Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Sic quoq; Micha dicit: Vidi dominum exercituum sedentem super solium suum, & omnis exercitus cœlorum erat ad dexteram eius atq; ad sinistrā eius. Sic Ezechiel uidit uisionem & ait: ipsa est uisio similitudinis gloriæ dei. Sed & de ipso Mose dicit: Et similitudinem dei uidebit: & tamen uixerunt. Sed nos dicimus quod uiderint speculatione imperfecta & non clara: Moses autem uidit speculatione clara. Rursus dicendum est de eo quod dixerūt rabini nostri, quod homo in hora mortis suæ uidet diu n'tatem, & illico moritur: & hoc est quod dicit: Non uidebit me homo & uiuet, quod scilicet mox postquam uiderit eum moriatur & amplius non uiu t: iuxta quod dicitur Psal.22. ante eum humiliabuntur omnes qui descendunt in puluerem, & animam suam nullus uiuificauit. At pro ea hora qua loquitur cum prophetis ea quæ necessaria sunt pro legatione sua, uident illi deum & manent uiui. Adducunt & alia ex scriptura loca, pro stabilienda priori opinione, nempe, Vidi dominum facie ad faciem & saluata est anima mea: et, Væ nobis, quia uidimus dominum etc. Quod autem nos hinc uexare conantur, si Iesus fuit Deus, quomodo uideri potuit à m'rtalibus, cæciores sunt quàm ut intelligere queant, maiestatem Domini carne obumbratam et uelatam in terris conspectam.

Vltimam opinionem non satis ex psalterio probant, ideo eadem facilitate contemnimus qua illi probant.

b Ne cui dixeritis uisionem.] Id quod dominus hic praecepit discipulis, nihil horum quae uiderant, cuiquam dicere, donec à mortuis resurrexisset, idem est cum eo quod supra noluit se Christũ praedicari, ueraq; gloria conspicuus esse, donec iuxta patris mandatum pro peccatis hominum morte sua satisfecisset.

c Veniet utiq; Elias.] Sensus est: rectè dicunt scribae, Eliam antè uenturum & omnia restituturum. At Elias ille est Iohannes, qui iam uenit, & dum omnem populum credentium ad me perduxit, restituit omnia: id quod reprobi illi non cognouerunt, sed fecerunt in eo quicquid uoluerunt, contemnentes, persequentes & calumniantes eum, tandemq; decollantes, id quod & ego passurus sum ab eis.

d Non potuerunt eum sanare.] Obijciunt hic Iudaei: quare non potuerunt eum sanare, cum euangelio eorum scriptum sit,

וַיִּקְרָא יֵשׁוּ לְכָל יב״ תַּלְמִידָיו וַיִּתֵּן לָהֶם מֶמְשֶׁלֶת לְהוֹצִיא רוּחַ הַטֻּמְאָה׃

Id est, & uocauit Iesus duodecim discipulos suos, & dedit eis potestatem eijciendi spiritus immundos: quibus respondemus, incredulitatem patris huius lunatici atque discipulorum in causa fuisse, quod daemonium non cessit imperio discipulorum. Vnde & Christus promiscue omnes increpauit dicens: ô generatio incredula & peruersa, quàm diu ero uobiscum?

e Sicut granum sinapis.] Comparatur fides grano sinapis propter ipsius uiuacitatem & efficaciam. Vt enim granum sinapis minimum est inter semina, & tamen mox sese attollit super omnia olera, ita si fides fuerit uiua, nihil erit ei impossibile: sed nihil uolet quàm quod facit ad gloriam dei. Quando autem hic dicitur, hoc genus daemoniorum non eijcitur nisi per orationem & ieiunium, sic est intelligendum, quòd fideli & ardenti precatione opus est ad eiectionem

ctionem dæmonis, ea autem efficax oratio fieri nequit, nisi corpus ab omnibus delicijs & carnis negocijs abstineat. Hæc eadem oratio ardenti fide facta, transfert montem de loco ad locum, hoc est, efficit etiam difficilima quæq; & quæ naturæ sunt impossibilia, præsertim si ea cedant in gloriam dei. Nec obstat, quod non legimus ab aliquo sancto montem aliquem translatum de loco ad locum, cum sancti per fidem impetrauerint à deo & fecerint maiora: uanum est ergo argumentum cuiusdam Iudæi, qui hic in hunc modum arguit:

כל מי שמאמין בתלוי אפילו בגרעין אחד של חרדל יוכל בדבורו להמש הר ממקומו ואנו רואין אפים קדושין שבהן אינן יכולין לעשות בן בש״ שאר עם׳ אב׳ אין בהם מאמינים בבורא׳ ויל״ גם קדושים עשו מעשים אשר יותר גדולים מלהמש הר ממקום אל מקום:

f Didrachma.] *Tributum hoc quod Christus hic soluit, primum Iudæis ab Augusto indictum fuit præside Cyrenio, qui censum à Iudæis primus leuauit, ut est apud Lucam cap. 2. Idem testatur Iosephus capite 26. libri septimi Iudaici belli, quod Vespasianus indixerit Iudæis stipendium ubicunq; degerent, nempe quod uiritim binas drachmas singulis annis deferrent. Cui mandato Christus quoq; obtemperare uoluit nobis in exemplum, ut ab eo disceremus quid magistratui deberemus. Ipse enim cum esset filius summi regis & moderatoris cœli & terræ, & cui pater omnia dederat in manus, non dedignatus est pendere tributum, ne irritaret magistratum. Vnde cum illi, qui tributis leuandis erant præfecti, Petrum interrogarent, num & præceptor eius illud pensitaret, respondit, etiam. Vnde liquet Christum in omnibus magistratui sese morigerum exhibuisse. Sed nunc nonnihil de moneta Hebræorum à nobis est dicendum, præsertim cum is locus id exposcat. In libro præceptorum Mosaicorum, affirmatiuorum & negatiuorum, ita scriptum inuenis*

שקל הוא ארבעה דינרים ודינר ש״ש מעה ומעה על פי הקבלה היא משקל שש עשרה שעורות:

Hoc est, *Siclus continet quatuor denarios, & denarius habet sex obolos, obolus autem iuxta interpretationem Cabalæ est pondus sedecim hordeorum. Habebit igitur denarius seu drachma pondus 96. hordeaceorum granorum: siclus autem ponderabit 384. grana hordeacea.* Et *quando dicitur* Exo. 30. *Siclus uiginti obolos habet, hic autem ex siclo nascantur uiginti quatuor oboli, notandum quod in* Exodo *non* מעה *sed* גרה *gera scribitur: quod tamen* Dauid Kimhi *exponit pro* מעה Porro *denarium alio nomine uocant* זוזא *zuza: unde* Dauid Kimhi *dicit* 1. Reg. 9. *quatuor* זוזין *efficere siclum. Ceterum moneta drachmæ, quæ denarium seu zuzam ualet, apud* Hebræos *non fuit in usu usq; post captiuitatem Babylonicam, unde et* דרכמון *darchemon, quod* Hebræi à Græcis *mutuauerunt, non inuenitur in biblicis libris nisi in solo* Ezra, *cuius historia descripta fuit post captiuitatem* Babylonicam. *Capitur autem ibi, capite scilicet secundo pro aurea moneta. Habebunt itaque drachma, denarius et zuza unum et eundem ualorē.* Rabi *Salomon autem dicit zuzam ualere aureum* Coloniensem. *id si uerum est, ualebit didrachma duos aureos* Colonienses. *Poterit etiā curiosus quispiam in hac re periculum facere, et iuxta* Cabalæ *interpretationem exigere grana hordeacea ad aurum et argentum, et explorare quantum ualeat nostro tempore antiquus denarius aureus aut argenteus. Sunt enim memoratæ monetæ certa pondera auri et argēti, id quod et nomen* שקל *arguit.* Budæus *in libro de asse et eius partibus hæc ita expendit, ut putet siclum esse nummum tetrachmum, id est, ualentem quatuor drachmas, quantum et stater ualet, unde media eius pars didrachmus est, binas ualens drachmas, id est, quintam partem* Coronati.

In

בשעת ההיא קרבו
התלמידים אל ישוע ל
לאמר מי יהיה גדול ב
במלכות השמים ׃
ויקרא ישוע לנער אחד
ויעמידו בתוכם ויאמר
אמן אמר לכם אם לא
תשובו ותהיו כמו נ
נערים אין תבאו אל
מלכות השמים ׃ וכל־
מי שישתפל כמו נער
הזה הוא יש גדול ב
במלכות השמים ׃
ומי שיקח את־נער
אחד כזה בשמי הוא י
יקח אתי ׃
ומי שיכשיל אחד מן
צעירי האלה שיאמינו
בי טוב לו שיתלה ב
בצוארו רכב החמור ל
לחשליכו במצולות ים ׃
אוי לעולם ממכשולים ׃
צריך הוא שיבאו
מכשולים אך אוי לה
להאדם שמשנו יבא מ
מכשול ׃ ואם ידך



N ea hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: quis erit maior in regno cœlorū? Et[a] aduocans Iesum puerum unum, statuit eum in medio eorum & ait: amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regnum cœlorum. Et quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorū. Et qui receperit puerum unum talem in nomine meo, is me recipit. Et qui offenderit unum ex his pusillis, qui in me credūt, expedit ei ut suspendatur in collo eius mola asinaria, & proijciant eum in profunda maris. Væ mundo à scandalis. Necesse quidē est ut ueniant scandala: ueruntamē uę homini, per quē offendiculum uenit. Quod si manus tua aut

aut pes tuus tibi est offendiculo,[b] detrunca eam & proiice abs te. Nam bonum est tibi, ut ingrediaris ad uitam debilis aut claudus, quàm ut mittaris cum duabus manibus aut cum duobus pedibus in ignem perpetuum. Quòd si oculus tuus offendiculo est tibi, erue eũ & proiice à te. Quoniam bonum est tibi cum uno oculo intrare ad uitam, quàm ut mittaris cũ duobus oculis in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis unũ ex his paruis: nã ego dico uobis, quòd angeli eorum in cœlis iugiter uidẽt faciem patris mei qui est in cœlis. Siquidem uenit filius hominis, ut saluaret quod perierat. Quid uobis uidetur? si [c] fuerint homini centum oues, & errauerit una ex eis, non'ne deseret nonagintanouem in deserto & uadit ut quærat eam quæ perierat? Et si

או רגלך הכשילך קצץ
אותה והשלך ממך׃
כי טוב לך לבוא אל־
חיים חלש או פסח מ
מהשלחעם ידים או ר
רגלים אל אש עול
עולמית׃
ואם עינך תכשילך
נקר אותה והשלך מ
ממך׃
כי טוב לך לבא בעין
אחת אל חיים מהשלח
בעינים אל אש גיהנם׃
ראו שלא תבזו אחד מן
צעירים האלה כי אני
אומר לכם שמלאכיהם
בשמי תמיד יראו את־
פני אבי שבשמים׃
כי בא בן־האדם
להושיע מה שאבד׃
מה־נראה לכם אם
יהיו לאיש מאה צאן ו
ותעתה אחת מהן הלא
יעזוב תשעים ותשע ב
במדבר וילך לבקש א
אותה אשר תעתה׃ ואם

accidat

יהיה שימצא אותה אמן
אמר לכם כי ישמח ע
עליה יותר מעל תשעי
ותשע אשר לא תעו: כן
אין רצון לפני אביכם
אשר הוא בשמים שיאבד
אחד מן הצעירים האלה:
ואם יחטא בך אחיך לך
והוכיח אותו בינך ו
ובינהו לבדו: ואם
ישמעך הרויח את-אחיך
: ואם לא ישמעך קח
אליך עוד אחד או שני
בדי שעל פי שנים או
שלשה עדים יקום כל-
דבר: ואם לא ישמע
אותם אמור למקהל:
ואם ימאן לשמוע את
המקהל יהי לך כמו גוי
ובעל עברה: אמן אני
אומר לכם כל-מה אשר
תאסרו על--הארץ הם
יהיו אסורים גם בשמים
וכל-מה שתתירו על
הארץ הם יהיו מותרים
גם בשמים: עוד אמר
לכם אם שני מכם יאבו

accidat ut inueniat eam, amen dico uobis, quod plus gaudebit ſuper ea, quàm ſuper nonaginta-nouem illis, quæ non errauerunt. Sic non eſt uoluntas coram patre ueſtro, qui eſt in cœlis, ut pereat unus ex puſillis iſtis. Et [d] ſi peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & inter illum ſolum. Quod ſi audierit te, lucraberis fratrem tuum. Si autem non audierit te, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium teſtiũ conſiſtat omne uerbum. Et ſi non audierit eos dic eccleſiæ. Quod ſi renuerit audire eccleſiã, ſit tibi ſicut æthnicus & publicanus. Amen dico uobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, ea erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis. Rurſum dico uobis: ſi duo ex uobis idem uolue

rint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui eſt in cœlis. Vbicunq; enim congregati fuerint duo uel tres, in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Tunc acceſſit Petrus ad eum & ait: domine, quot uicibus peccabit in me frater meus & remittam ei?num uſq; ſepties? Et dixit illi Ieſus: non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſque [c] ſeptuagies ſepties. Ideo aſſimilatũ eſt regnum cœlorum homini regi, qui uoluit facere ſupputationem cum ſeruis ſuis. Cùm autem cœpiſſet ponere rationẽ, adductus eſt ad eum unus, qui debebat ei decem millia talentorum. Et cùm ille non haberet unde ſolueret, iuſſit dominꝰ eius, ut uenderent eum & uxorem eius atq; filios & omnia quæ habebat, ut compẽſatio aliqua fieret. Procidens autem ſeruus ille,

אחת על הארץ מכל ד
דבר אשר ישאלו יהיה
להם מאבי שהוא ב
בשמים ׃ כי בכל מקום
ששם יקהלו שנים או
שלשה בשמי שם אני
בתוכם ׃
אז קרב כיפה אליו
ויאמר אדני כמה פ
פעמים יחטא בי אחי
ואסלח לו עד שבע פ
פעמים ׃
ויאמר אליו ישוע
אין אמר לך עד שבע
פעמים כי אם עד ש
שבעים שבע פעמים ׃
ועל כן נדמתה
מלכות השמים לאדם
מלך אשר רצה לעשות
חשבון עם עבדיו ׃
ובשהחל לעשות
חשבון הגש אליו אחד
אשר חיב לו רבוא מ
מנים ׃ ובשלא היה לו
מאין ישלם צוה אדניו
למכר אתו ואשתו ו

precaba-

ובניו וכל־אשר לו בדי
שיהיה תשלום ׃ ויכרע
עבד ההוא ויתחנן אליו
לאמר אדני התיחל ו
וסבלני וכל אשלם לך ׃
ויחנן האדון לעבדו ו
ויגרשהו ויסלח חיובו ׃
ויצא העבד הוא וימצא
את־־אחד מאלה שהיו
עבדים כמוהו וזה חיב
לו מאה מעות ויאחוז
אתו ויחנק לאמר שלם
מה שאתה חויבו ויכרע
העבד ההוא ויתחנן א
אליו לאמר התיחל ו
וסבלני וכל אשלם לך׃
והוא מאן וילך וישלח
אתו בבית אסורים עד
שישלם את־חיוב ׃
ויראו עבדי אחרים מה
שיעשו ויתעצבו מאד
ויבאו ויספרו לאדונם
את כל־אשר נהיו ׃ אז
קרא לאותו אדוניו וי
ויאמר אליו עבד בליעל
הנה כל־־חיוב סלחתי
לך כי התחננת אלי ו

precabatur eum dicens: Sustine domine, & patiẽs esto erga me, & reddam tibi omnia. Et misertus dominus serui illius, dimisit eum atq; remisit debitum eius. Egressus uerò seruus ille, inuenit unum ex seruis illis, qui similes ei erant, & is debebat sibi centum denarios, & apprehendẽs eum suffocabat dicens: redde qd[9] debes. Et procidit seruus ille atq; rogabat eum dicens, sustine & patiens esto erga me, & reddam tibi omnia. Ille autem renuit, quin magis abijt & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Et cùm uidissent serui alij ea quæ fiebant, magno dolore affecti sunt, uenientesq; narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerãt. Tunc uocauit eum Dominus eius & ait illi: serue Belijaal, ecce uniuersum debitũ remisi tibi, eo quod obsecraueris me:

& non'ne oportuerat te quoq; misereri serui qui tibi similis est, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus est dominus eius, tradiditq; eum tortoribus, quoadusq; redderet totum debitum. Sic pater meus qui est in cœlis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo ex cordibus uestris delicta eorum.

הלא גם אתה הצטרכת לחנן על עבד הדומה לך כמו אני חננתי עליך ;
ויחר אדניו וימסר אותו לענשים עד שישלם כל חיוב ;
כן אבי שבשמים יעשה לכם אם לא תסלחו איש לאחיו מן לבותיכם אשמיהם ;

a *Aduocans Iesus puerum.*] *Declarat & docet Christus hoc facto, quod nemo debet se alijs anteferre, sed quisq; operam dare debet ut omnibus inferior sit, pluribusq; seruiat. Vult nos esse pueros, hoc est, humiles & demisso animo, si cupimus intrare in regnum cœlorum, hoc est, si uolumus numerari inter filios Dei. Et ut magis nos prouocaret ad puerilem humilitatem, ostendit quanti pueri sint sibi & patri, cum dicit se & patrem recipi quando huiusmodi puer recipitur, & rursus optabilius esse ut quis in mare mergatur, quàm ut offendat aliquem talem puerum qui in ipsum credit. Est autem hic offendere oppositum eius, quod est recipere: & cum recipere pueros sit eos magnificare & beneficijs afficere, constat, pueros offendere, aliud nihil esse quàm eos contemnere & iniuria afficere Nulla autem maiori iniuria affici possunt, quàm si facto uel uerbo ad impietatem prouocentur, occasioq; detur ad ruinam. Talibus autem scandalis mundus est plenus, cum totus in maligno positus sit, & plurimæ pessimæq; sint arbores, quæ non nisi malos reddunt fructus, ideoq; Christus hic dicit: Necesse est ut ueniant scandala, sed uæ homini per quem scandalum uenit. Positi sumus ut fructum feramus, & multos prouoce-*

prouocemus ad iustitiam & ueram pietatem: ideo si quid dicto uel facto admiserimus quod huc non faciat, scandalum obiecimus & contra uocationem nostram egimus. Et hæc omnia sunt intelligenda de eo scandalo, quo impij bonos ad malum trahunt, non de scandalo Pharisæorum, quo boni impijs sunt offendiculo, sicut & Christus reprobis Iudæis petra scandali fuit & lapis offensionis, de quo Isaias capite 8. uaticinatus est. Impij in Christo & membris suis semper impingunt, ideo Christus suprà dixit: Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorum: Et, Beatus qui non fuerit offensus in me. Cæterum quando Christus hic tam diligenter hortatur ne cui offendiculo simus, præsertim autem paruis, id non tantum intelligendum est de paruis ætate, sed etiam de his qui parui sunt fide & intelligentia. Hi omnes tam chari sunt patri cœlesti, ut constituerit illis sanctos angelos custodes, miseritq; propter eos filium unigenitum, ut saluaret eos, qui perierant in primo parente Adam ob peccatum ab illo contractum.

b *Detrunca eam.*] *Quomodo manus sit truncanda aut oculus eruendus, suprà capite quinto est explicatum, nempe quod occasio peccandi ab omnibus membris est rescindenda.*

c *Si fuerint homini centum oues.*] *Exprimitur hac similitudine id, quod sicut homines perdita aliqua re, eam maiori cura quærunt quàm reliqua maiora & potiora seruant, maiori deniq; afficiuntur gaudio cum eam rursus inueniunt quàm de possessione istorum perpetua, sic patri cœlesti singulari sunt curæ pusilli, etiam si per se sint abiecti & peccato primi parentis infecti. Sic dicit hic Christus uulgari more, maius gaudium esse in cœlo super uno peccatore pœnitentiã agente, quàm super nonagintanouẽ iustis, qui non indigent pœnitentia. Siquidem gaudium affectus est de recenti bono ortus, qui post aliquantam boni illius fruitionem iterum remittitur. In summa, Christus hic ostendere uoluit inæstimabilem Dei erga peccatores resipiscentes dignationem & ineffabilem bonitatem, qua obuijs manibus redeuntes suscipit & inter ouiculas suas numerare dignatur.*

d *Si peccauerit in te frater tuus.*] *Docet non facile de peccatoribus desperandum, sed antè tentanda omnia. Nemo offendendus, sed ad salutem omnes prouocandi. Cum quis coram aliquo peccauerit, is admonere eum debet peccati, idq; seorsim, quo ille uideat suam salutem non infamiam quæri: & si ille hinc resipiscat, monitor lucratus est eum. Si monitorem non audiat, assumat adhuc unum uel duos, quo maioris momenti sit illi qui peccauit, monitio. Quod si & hos contemnat, indicetur ecclesiæ eius peruicacia. Et si ne ecclesiam audierit, monitus scilicet à multis, habeatur ab eis ueluti ethnicus & publicanus. Et quæcunq; illi sic ligauerint, ligata habebuntur in cœlis, hoc est quos ita monitos eiecerint è suo consortio, ij etiam apud patrem eiecti habebuntur: & rursum quos soluerint atq; pœnitentes in consortium suum receperint, ratum id erit & apud patrem. De hac potestate ligandi & soluendi, hoc est, excludendi ab ecclesia uel recipiendi in eam, suprà capite decimosexto, nonnihil quoquè diximus.*

e *Septuagies septies.*] *Sensus est, quotiescunq; pœnitet fratrem peccati, debemus & nos ei condonare, id quod ex Lucæ capite decimoseptimo clarius habetur. Cæterum parabola mox subiuncta docet nos clementem habere dominum, quippe cuius clementiam incomparabilem erga nos indies experimur, quam & indefesso studio imitari debemus erga conseruos, ex cordibus iniurias illis remittentes.*



Actũ est autem postquã consummauit Iesus sermones istos, ut discederet à Galilæa, & ueniret ad terminos Iudææ

וַיְהִי אַחֲרֵי שֶׁכִּלָּה
יֵשׁוּעַ אֶת־הַדְּבָרִים ה
הָאֵלֶּה הָלַךְ מִן גָּלִיל וַיּ
וַיָּבֹא אֶל גְּבוּלֵי יְהוּדָה
עֵבֶר הַיַּרְדֵּן וַיֵּלְכוּ א

אחריו ביתות רבות ו
וירפאם שם ׃ ויגשו
אליו פרושים וינסוהו
לאמר אם מותר לאדם
לשלח אשתו בעבור כ
כל־דבר ׃ והוא ענה
ויאמר אליהם הלא ק
קראתם כי מי שעשה
את־האדם מראשית
את זכר ואת נקבה עשה
אותם ׃ ויאמר על־כן
יעזב־איש את־אביו
ואת אמו ודבק באשתו
והיו שנים לבשר אחד ׃
ועתה אין הם שנים
מלא בשר אחד ׃ ולכן
את מה שחבר אלהים
אדם לא יפרד ׃ והם
אמרו ולמה צוה משה
לתת ספר כריתת ול
ולשלח אותה ׃ ויען
להם כי משה בשביל
קושי לבבכם הניח ל
לשלחכם נשיכם ומו
ומראשית אין היה
כן ׃

dæ trans Iordanem: ſecutæq́ ſunt eum turbæ multæ, & ſanauit eos ibi. Accedẽtes autem ad eum Phariſæi, tentauerũt eum dicentes: eſt ne licitũ homini, [a] ut eijciat uxorem ſuam propter quãcunque cauſam? Qui reſpondens dixit ad eos: an non legiſtis, quod is qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminã fecit eos? Et dixit: propterea derelinquet homo patrem ſuum & matrẽ ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, erũtq́ duo in carnem unam. Et iam quidẽ non ſunt duo, ſed una caro. Et propterea id quod cõiunxit deus, homo non ſeparet. Illi uerò dixerunt: quare ergo præcepit Moſes dari librum diuortij & dimittere eam. Et reſpondit eis: quoniam Moſes propter duritiã cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras, ab initio autem non fuit ſic.

Et ego dico uobis, quod
quicunq; dimiſerit uxo-
rem ſuã, niſi propter for-
nicationem, & acceperit
aliam, adulteratur. Et qui
dimiſſam acceperit, mœ-
chatur. Dicunt ei diſcipu-
li eius: ſi ſic eſt cauſa ho-
minis cum uxore, non eſt
bonum nubere. Ipſe uerò
dixit ad eos: non [b] omnes
apprӕhendunt uerbum
iſtud, niſi illi quibus da-
tum eſt. Quia ſunt eunu-
chi, qui ex utero matris
ſic nati ſunt: & ſunt eunu-
chi qui facti ſunt ab homi
nibus: & ſunt eunuchi qui
ſeipſos caſtrauerunt pro-
pter regnum cœlorum.
Qui poteſt apprehende-
re, apprehendat. Tunc [c]
oblati ſunt ei pueri, ut im
poneret eis manus & ora
ret. At diſcipuli eius in-
crepabant eos. Ieſus au-
tem dixit ad eos: Sinite
pueros & non prohibue-
ritis eos uenire ad me,
quoniam talium eſt re-
gnum cœlorum. Et cum
im-

ואני אומר לכם כי א
איש שישלח אשתו ל
לולי בעבור תזנות ו
ויקח אחרת ינאף : ומי
שיקח משלחת ינאף :
ויאמרו אליו תלמידיו
אם כן יש דבר האדם ב
באשה אין טוב לה
להתחתן : והוא אמר
אליהם אין כל יתפשו
דבר הזה כי אם הם ל
לאשר נתון : כי יש
סריסים אשר מבטן ה
האם כן נולדו ויש ס
סריסים אשר נעשו מן
האדם ויש סריסים אשר
עצמם סרסו בעבור מ
מלכות השמים : מי
שיוכל לתפש יתפש :
אז הגשו אליו נערים
כדי שישים ידים עליהם
ויתפלל : ותלמידיו
הוכיחו אותם וישוע
אמר אליהם : הניחו
נערי ואל תמנעו אותם
לבוא אלי כי לאלה יש
מלכות השמים :

וּכְשֶׁהֵשִׂי׳ עֲלֵיהֶם יָדָיִם
הָלַךְ מִשָּׁם ׃ וְהִנֵּה אֶחָד
קָרַב וַיֹּאמֶר לוֹ׃ רַבִּי טוֹב
מַה־טּוֹבָה אֶעֱשֶׂה בְּדֵי
שֶׁאֶקְנֶה חַיֵּי הָעוֹלָם ׃
וַיֹּאמֶר לוֹ מַה־תִּשְׁאַל
לִי עַל טוֹבָה ׃ אֵין טוֹב
כִּי אִם אֶחָד יֵשׁ טוֹב אֵל ׃
וְאִם תַּחְפֹּץ לָבֹא אֶל
חַיִּים שְׁמוֹר מִצְוֹת ׃
וַיֹּאמֶר אֵלָיו מַה ׃ וַיֹּאמֶר
יֵשׁוּעַ לֹא תִרְצַח לֹא ת
תִּנְאַף לֹא תִגְנֹב לֹא ת
תַעֲנֶה עֵד שֶׁקֶר כַּבֵּד אֶת
אָבִיךָ וְאֶת אִמֶּךָ וְתֶאֱהַב
רֵעֲךָ כָּמוֹךָ ׃ וַיֹּאמֶר לוֹ
בַחוּר כָּל־אֵלֶּה שָׁמַרְתִּי
מִנְּעוּרַי וּמַה יֶחְסַר עוֹד
לִי ׃

וַיֹּאמֶר אֵלָיו יֵשׁוּעַ
אִם תַּחְפֹּץ הֱיוֹת שָׁלֵם
לֵךְ וּמְכֹר כֹּל אֲשֶׁר לְךָ ו
וְתֵן לַעֲנִיִּים וִיהִי לְךָ א
אוֹצָר בַּשָּׁמַיִם וּבֹא וְלֵךְ
אַחֲרַי ׃ וְשׁוֹמֵעַ
הַבָּחוּר אֶת־הַדָּבָר הָלַךְ

imposuisset eis manus, abijt illinc. Et ecce accessit quidam & ait illi: Præceptor bone, quid boni faciam, ut acquiram uitam æternam? Et dixit ei: quid interrogas me de bono? [d] Nemo est bonus, nisi unus deus, hic est bonus. Et si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et dixit ei, Quæ? Et ait Iesus: non occides, non committes adulterium, non furaberis, neq; respondebis falsum testimonium: honora patrem tuum & matrem tuam, diligesq; proximum tuum sicut teipsum. Dixit illi adolescens: omnia ista conseruaui à pueritia mea, & quid amplius deficit mihi? Respondit illi Iesus: si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus, & erit tibi thesaurus in cœlis, & ueni sequere me. Et audiens adolescens sermonem istum, abijt cum

tristiita, quoniam erat illi possessio multa. Iesus autẽ dixit ad discipulos suos: Amẽ dico uobis, quia [e] diues difficile ingreditur in regnum cœloũr. Et iterũ dico uobis: facilius est gamelum transire per foramen acus, quàm ut diues ingrediatur in regnũ cœlorum. Et cùm audissent discipuli uerba ista, mirati sunt ualde, dicentes: quis ergo potest saluus fieri? Et intuitus illos Iesus dixit: Apud homines hoc imposſibile est, at deo omnia sunt poſsibilia. Tunc respondit Petrus, & ait ei: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et dixit Iesus ad eos: Amen dico uobis, quòd uos qui secuti estis me, [f] in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & uos super sedes duodecim, & iudicabitis duodecim tribus Israẽl.

בעצבת כי היתה לו י
ירשה רבה׃ וישוע אמר
אל תלמידיו אמן אני
אומר לכם כי עשיר ב
בקושי יבא אל מלכות
השמים׃ ועוד אני
אומר לכם קל הוא ל
לעבור הגמל בעד חור
המחט מלבא העשיר א
אל מלכות השמים׃
וכשמעו תלמידים א
את־דברי האלה תמהו
מאד לאמר ומי יוכל
להושע׃ ויביט ישוע
אליהם ויאמר אל א
אנשים אי אפשר הזאת
אבל לאלהים כל־הם
אפשרים׃ אז ענה כיפה
ויאמר לו הנה עזבנו
את־כל ונלך אחריך ומה
יהיה לנו׃ ויאמר אליהם
ישוע אמן אני אומר
לכם שאתם אשר הלכתם
אחרי בתולדה שנית ב
בשישב בן האדם על־
כסא כבודו תשבו גם
אתם על כסאות שתי

raël. Et omnis qui reliquerit domum aut fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, is g centuplum accipiet & uitam æternam possidebit. Et multi ex primis erunt nouissimi, & nouissimi primi.

עֶשְׂרֵה וְתִשְׁפְּטוּ אֶת־שְׁנֵי עָשָׂר שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל : וְכָל מִי שֶׁיַּעֲזֹב אֶת־בַּיִת אוֹ אַחִי׳ אוֹ אֲחָיוֹת אוֹ אָב אוֹ אֵם אוֹ אִשָּׁה אוֹ בָנִים אוֹ שָׂדוֹת בַּעֲבוּר שְׁמִי הוּא מֵאָה יִקַּח וְאֶת־חַיִּים נִצְחִים יִירָשׁ׃ וְרַבִּי׳ מֵרִאשׁוֹנִים יִהְיוּ אַחֲרוֹנִים וְאַחֲרוֹנִים יִהְיוּ רִאשׁוֹנִים :

a Vt eijciat uxorem ob quamcunq; causam.] *Proposuerunt Pharisæi hanc quæstionem maligno animo ut tentarent Christum, at ille mansuete respondit & non tacuit propter malos ueritatem ipsam, adducens scilicet ex Genesi primam hominum creationem, nempe quod deus creauerit eos in carnem unam, hoc est, ut censeantur uelut unus homo, & in hac coniunctione uir sit caput: & quos deus ita coniunxit, homo illos separare non debet. Et ex eo patet quod non licet marito ob quamcunq; causam, iustam uel iniustam, repudiare uxorem, multo minus id licet uxori. Quod autem Moses iussit dari libellum repudij, ex eo non arguitur, licitum esse uxoris repudium, sed si quis ob duriciam cordis nolit illi commodum exhibere maritum, iam autoritate non propria, sed magistratus, licebit hodie ut olim dare libellum repudij. Nec iam homo illos ab inuicem separat, sed deus per legem repudij Mosi datam illos separat. Quid enim prohibere potest, quin magistratus, cuius imperio externa subiecta sunt, tales ab inuicem separet, aut periculo eximat quorum animi iam sunt separati, & alter uiuit in perpetuo cruciatu & grauissimo periculo? præsertim cum officium magistratus sit, curare ut commode & tranquille in republica uiuatur. Interim tamen adulterij reus fit, qui*

qui animo suo illum ob duriciam cordis sui abiecit. Et quando Christus subijcit in sua responsione: Qui repudiatam duxerit, adulterium committit, id intelligendum est de eo, qui in fraudem prioris matrimonij repudiatam duxerit. Vnde si ob alias causas quam ob stuprum dissidium oriatur inter coniuges, ut maritus ablegat uxorem aut uxor diuertat, omnia debent tentari quo reconcilientur & alter in periculo damnationis non uiuat.

b Non omnes apprehendunt uerbum istud.] *Sensus est: res quidem ita habet, ut bonum esset homini, liberum uiuere à coniugio, eo quod illud multas habet molestias & detinet animum in terrenis qui tamen in cœlestibus fixus esse debuerat: sed alia est ratio uitæ præsentis. Bonus quidem est cœlibatus, sed non omnes capiunt uerbum hoc, nisi quibus desuper datum est. Sunt quidam qui corpore inepti sunt ad coniugium, sic nati uel postea facti. Sunt alij qui seipsos castrauerunt, ultro cœlibatum eligentes, idq́; propter regnum cœlorum, ut curent quæ domini sunt & sint sancti corpore & spiritu. Et his bonum est, ut absq; coniuge uiuant, quia datum est eis ut ita uiuant propter regnum cœlorum propagandum & promouendum uerbo & opere. Hi autem quibus hoc non datum est, & tamen uolunt suo arbitrio cœlibes uiuere, in quas Dei iudicio impuritates lapsi sint, satis constat, & ab inimicis nostris nobis in hæc uerba obijcitur:*

כל תועבת ה׳ אשר שנא עשו לאלהים כי גם בניהם ובנותיהם ישרפו באש לאלהים הפירוש הוא שהמינים היו שורפים בניהם ובנותיהם ר״ל הכומרים וכומרות שנשרפים בזנות ומתחממים ומתאוים בזנות ואינם יכולים וזו שריפה שהיא תועבת ה׳ אשר שנא וזנות נקרא שריפה בתרי עשר דכתיב כולם מנאפים כתנור אש להבה בקרבם׃ ועוד כתיב

כתיב בספר טיעותם אמירת פאולוש טוב לקחת אשה מלשרוף אחריה הרי לך ראיה שניאוף היא שריפה:

Cunctas inquiunt abominationes dei, quas ille odit, exhibent dijs: nam & filios suos atq; filias suas igne comburunt dijs: cuius expositio est, quod hæretici comburunt filios suos & filias suas, hoc est, monachos & monachas, qui comburuntur fornicatione, feruent enim & flagrant desiderio fornicandi & non possunt exequi, hæc inquam combustio abominatio est deo quam ipse odit, & fornicatio ipsa uocatur apud minores prophetas combustio, quemadmodum scriptum est, adulteri quasi fornax ignis, flamma in medio eorum. Sed & scriptum habent in libro suo erroneo, quomodo Paulus dixerit, melius esse nubere mulieri quàm uri post eam: en habes demonstrationem quod fornicatio sit quædam combustio. Vides hic lector quomodo Iudæi nobis improperant confusionem nostram, imò confodiunt nos proprio gladio nostro, dum diuum Paulum nobis obijciunt, qui mauult Christianum hominem nubere quàm periculose uri. Nec obstat, precibus posse impetrari, ut detur unicuiq; caste uiuere, cum Christus ita pronunciet: Non omnes apprehendunt uerbum istud, sed quibus datum est: quibus inquit datum est, non qui suo arbitrio id elegerint, poterunt cœlibem agere uitam.

c. *Oblati sunt ei pueri.*] *Vt scilicet eis manus imponeret, Deo consecraret & orando diuina bonitate eos participes faceret. Et dominus importunitate irruentium non grauatus, placido uultu illos suscepit, atq; se talium quoq; saluatorem aduenisse ostendit. Talium enim inquit est regnum cœlorum. Non adultorum tantum, qui ut infantes sese humiliarint, sed etiam infantium, qui propter peccatum Adæ æque ut adulti gratia dei opus habent, & suscepti à Christo ciues regni cœlorum constituuntur. Ipsi enim gratia Dei & merito passionis Christi beatificantur, si in ætate infantili sine Christi fide & cognitione hinc rapiantur.*

d Nemo est bonus nisi deus.] Nulla ergo est bonitas in homine, quæ non sit à deo, & nobis non est arrogandum quod dei est donum. Respondit autem Christus sic huic adolescenti, ut humilius de se sentire disceret, qui more Pharisaico propter externam mandatorum dei obseruantiam se iustum & bonum reputabat. Vnde & Christus obiecit ei præcepta legis, in quibus ceu in speculo uideret se nondum esse quod putabat: quia pro amore dei non poterat contemnere diuitias, & abiectis omnibus pendere à syncera fiducia dei. Obiecit autem Christus hoc præceptum, nempe ut uenditis omnibus sequeretur se, ut probaret ipsum, ostenderetq; illi imperfectionem eius. Cæterum contra illud quod Christus dixit: Si uis ad uitam ingredi serua mandata, Hebræi sic arguunt:

עכשיו לא אמר לו לעשות טבילה אלא מצות
סרמוניות צוה לו ובאותן המצות הבטיחו
לחיי העולם הבא ויל״ גם אלהים לא צוה את
המילה בתתו למשה עשרת דברים בהר ס
סיני והנה היא צריכא לכל זכר בעת ההיא:

e Diues difficile ingreditur in regnum cœlorum.] Hoc dicitur de eo diuite, qui fiduciam habet in pecunijs, non quod pecunia per se obstet, quo minus diues ingredi posit regnum cœlorum, hoc est, perueniat ad ueram fidem Christi & totus à Christo pendeat: fuerunt enim multi diuites, ut Abraham, Zachæus & alij, quibus diuitiæ non obfuerunt, eo quod illis ex animo renunciauerunt, pauperes & dei auxilio egentes sese agnoscebant, diuitijsq; istis terrenis sibi thesaurum in cœlis parauerunt. Hæc licet apud homines sint impossibilia, ut opes ex animo contemnant, apud deum tamen omnia sunt possibilia, qui scilicet diuitibus potest aliam dare mentem, ut & opes distribuant, atq; sibi iam uere fidant & non opibus.

f In regeneratione.] Hæc secunda generatio est resurrectio mortuorum, quando Christus gloriosus redibit iudicaturus orbem, &

electi

electi regenerati ad gloriam, simul cum Christo capite suo regnabũt, & duodecim apostoli unà cum omnibus zelosis euangelij promulgatoribus sessuri sunt super sedes, iudicantes duodecim tribus Israël, id est, totum populum Dei, promissa electis per euangelium iam uelut exhibentes, & damnationem incredulorũ approbantes, atq; cum Christo sententiam contra eos pronunciaturi.

8 *Centuplum accipiet.*] *Puto hic per centuplum intelligendum animum, qui post agnitum Christum & post derelictionem propinquorum & bonorum suorum propter Christum, satis abunde diuitem se agnoscit in tribulationibus, quando dominus suppeditat ea quæ uitam præsentem sustentant. Euangelij enim cognitionem pij tanti habent, ut ne uniuerso quidem mundo eam commutare uelint, scientes se domino cœlorum esse curæ, & quod timentibus deum nihil deesse possit, sed adijciuntur quibus præsens uita opus habet, quærentibus in primis regnum dei & iusticiam eius.*

דומה מלכות השמים
לאדם בעל הבית אשר
יצא בתחלת הבקר ל
לשכור פועלים אל כ
כרמו:
ובהשותו את
הפועלים על דינר ליום
וישלח אותם לכרמו:
ויצא בשעת
השלישית וירא אחרים
העומדים בשוק בטלים
ויאמר אליהם לכו
גם אתם לכרמי ומה



Ssimilatum[a] est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primò in ipso diluculo ut conduceret operarios in uineã suam. Et cùm pactus esset cum operarijs pro denario diurno, misit eos in uineã suam. Et egressus circiter horam tertiam, uidit alios stantes in platea ociosos & ait illis: ite & uos in uineam meam, & quod rectum

ctum fuerit dabo uobis: illi autem abierunt. Rurſum exijt circiter horam ſextam & nonam, & fecit ſimiliter. Itemq; circa undecimam horam egreſſus, inuenit alios ſtantes, & dixit ad eos: quare uos hic ſtatis tota die ocioſi? Qui dixerunt ei: quia nemo nos conduxit. Et ait illis: ite & uos in uineam meam. Et cum facta eſſet ueſpera, dicit dominus uineæ procuratori ſuo: uoca operarios, & redde illis mercedem, incipiesq; à nouiſſimis uſq; ad primos. Et cum ueniſſent illi qui uenerāt circiter horam undecimam, acceperunt ſinguli denarium. Veniētes autem & primi arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi quā iſti, ſed acceperunt & ipſi ſinguli denarium. Cumq; accepiſſent, murmurabāt aduerſus patremfamilias dicentes: iſti nouiſſimi operati ſunt una hora, &

שֶׁהוּא יָשָׁר אֶתֵּן לָכֶם ו
וְהֵם הָלָכוּ ׃ עוֹד יָצָא
בְּשָׁעָה שִׁשִּׁית וְתְשִׁיעִית
וַיַּעַשׂ כְּמוֹ כֵן ׃ וּבְשָׁעָה
עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה יָצָא וַיִּמְצָא
אֲחֵרִים עוֹמְדִים וַיֹּאמֶר
לָהֶם לָמָּה אַתֶּם עוֹמְדִים
פֹּה בְּטֵלִים כָּל־הַיּוֹם ׃
וְהֵם אָמְרוּ אֵלָיו כִּי אֵין
אָדָם שָׂכַר אוֹתָנוּ ׃ וַיֹּאמֶר
אֲלֵיהֶם לְכוּ גַּם אַתֶּם ל
לְכַרְמִי ׃ וּכְשֶׁהָיָה עֶרֶב
אָמַר אֲדוֹן הַכֶּרֶם לַמ
לַמְּפַרְנֵס קְרָא לְפוֹעֲלִים
וְהָשִׁיב לָהֶם שְׂכָרָם וְתָחֵל
מֵאַחֲרוֹנִים עַד הָרִאשׁוֹנִים
׃ וּכְשֶׁבָּאוּ אֵלֶּה אֲשֶׁר
בָּאוּ בְּשָׁעָה עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה
לָקְחוּ אִישׁ אִישׁ זוּז ׃
וַיָּבֹאוּ רִאשׁוֹנִים וַיַּחְשְׁבוּ
כִּי יִקְחוּ יוֹתֵר מֵאֵלֶּה ו
וַיִּקְחוּ גַּם הֵם אִישׁ אִישׁ
אֶת־זוּזוֹ ׃ וּכְשֶׁלָּקְחוּ לִנּוּ
עַל בַּעַל־הַבַּיִת לֵאמוֹר
אֵלֶּה אַחֲרוֹנִים בָּעֲלוּ שׁ
שָׁעָה אַחַת וַתְּשַׁו אוֹתָם

adæquas

לנו שנשאנו משא ה
היום והחום: והוא ענה
לאחד מהם ויאמר רע
איני עושה לך חמס:
הלא על זוז התנית עמי
קח שלך ולך: ורצוני
לתת גם לאחרון הזה
כמו לך: הלא מותר לי
לעשות בעניני מה ש
שארצה: או אם עינך
היא רעה כי אני טוב:
כן יהיו אחרונים רא
ראשונים והראשונים א
אחרונים: כי רבים
נקראו ומעטים נבחרו:
ויעל ישוע אל ירושלם
ויקח שנים עשר תל
תלמידיו בסתר ויאמר
אליהם הנה אנחנו ע
עולים ירושלם ובן ה
האדם ימסר לידי השרי
הכהנים והסופרים ו
ויחייבוהו למות וימ
וימסרוהו לגוים לה
להתלוצץ ולהוסר ול
ולהצלב וביום שלישי
יקום: אז קרבה

adæquas eos nobis qui portauimus onus diei & æstum? At ille respondēs uni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Non'ne pro denario pactus es mecum? Accipe quod tuum est; & uade. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. Non ne licet mihi facere quod uolo in rebus meis? Aut est oculus tuus malus, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. [b] Multi enim sunt uocati, pauci autem electi. Et ascendēs Iesus in Ierusalem, accepit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur in manus summorum sacerdotum, atq; scribarum, & condemnabunt eum morte, & tradent gentibus ad illudendum & flagellandum atq; crucifigendum, & tertia die resurget. Tūc accessit

ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et ipse dixit ei: Quid uis? Et illa dixit ei: Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondit Iesus & ait: [c] nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, & baptizari baptismate, quo ego baptizabor? Dicũt ei: possumus. Et ipse dixit ad eos: utiq; calicem meum bibetis, & baptizabimini baptismo quo ego baptizabor, sedere autem ad dextrã meam & ad sinistram, id non est meum ut dem uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem irritati sunt contra duos fratres. Iesus autem uocauit eos ad se dicens: scitis ne quod [d] principes gentium dominiũ habent in eas, & magni quiq; potestatem habent in-

אֵלָיו אֵם הַבְּנֵי זִבְדַּי עִם
בָּנֶיהָ וַתִּשְׁתַּחוּ וַתִּשְׁאַל
מְאוּמָה מִמֶּנּוּ ׃ וְהוּא
אָמַר אֵלֶיהָ מַה־תִּרְצִי ׃
וַתֹּאמֶר לוֹ אֱמוֹר שֶׁיֵּשְׁבוּ
אֵלֶּה שְׁנַיִם בָּנַי אֶחָד ל
לִימִינְךָ וְאֶחָד לִשְׂמֹאל
בְּמַלְכוּתֶךָ ׃ וַיַּעַן יֵשׁוּעַ
וַיֹּאמֶר לֹא יְדַעְתֶּם מַה־
תִּשְׁאֲלוּ ׃ הֲתוּכְלוּ
לִשְׁתּוֹת הַכּוֹס אֲשֶׁר אֲנִי
אֶשְׁתֶּה וְהִטָּבֵל בִּטְבִילָה
שֶׁבָּהּ אֲנִי אֶטָּבֵל ׃
אָמְרוּ אֵלָיו נוּכַל ׃ וְהוּא
אָמַר אֲלֵיהֶם אָכֵן אֶת ה
הַכּוֹסִי תִּשְׁתּוּ וְתִטָּבְלוּ
בִּטְבִילָה שֶׁבָּהּ אֲנִי א
אֶטָּבֵל אַךְ לָשֶׁבֶת לִימִינִי
אוֹ לִשְׂמֹאלִי אֵינֶנּוּ הוּא
לִי לָתֵת לָכֶם אֶלָּא ש
שֶׁלָּהֶם נָכוֹן מִן אָבִי ׃
וַיִּשְׁמְעוּ עֲשָׂרָה וַיִּכְעֲסוּ
עַל שְׁנֵי אַחִים ׃ וְיֵשׁוּעַ
קָרָא אוֹתָם לְעַצְמוֹ ל
לֵאמֹר הֲתֵדְעוּ כִּי שָׂרֵי
הַגּוֹיִם יִמְשְׁלוּ בָהֶם ו
וְהַגְּדוֹלִים יִשְׁלְטוּ בִּי

ביניתם : לא כן יהיה
ביניכם אלא כל מי ש
שירצה ביניכם היות
גדול הוא יהיה משרתך
ואשר ירצה ביניכם ה
היות ראשון הוא יהיה
עבדכם : כמו בן האדם
לא בא להשרת אלא ל
לשרת ולתת את־נפשו
פדיון לרבים : וכשיצאו
הם מן ירחו הלכה א
אחריו כיתה רבה : והנה
שני עורים ישבו על ד
דרך וישמעו שיעבור י
ישוע ויצעקו לאמר א
אדוני חננו בן־דוד :
וכיתה הוכיחם לחריש
והם עוד ויותר צעקו
לאמר : אדני חננו בן
דוד : ויעמד ישוע ויקרא
להם לאמר מה־תרצו
ואעשה לכם : ויאמרו
אליו אדני שתפקחנה
עינינו : ויחן אותם
ישוע ויגע בעיניהם ו
ומיד ראו וילכו אחריו :

inter eas. Non ſic erit inter uos, ſed quicunq; uoluerit inter uos eſſe maior, is ſit miniſter ueſter: & qui uoluerit inter uos eſſe primus, is ſit ſeruus ueſter. Sicut filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionē pro multis. Cumq; egreſſi eſſent de Iereho, ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſederūt iuxta uiā, & audientes quod Ieſus tranſiret, clamauerunt, dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid. Turba autem redarguit eos ut tacerēt. At illi rurſum & magis clamabant, dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid. Et ſtans Ieſus uocauit eos, dicens: quid uultis ut faciam uobis? Et dicunt ei: Domine, ut aperiantur oculi noſtri. Et miſertus eorum Ieſus tetigit oculos eorum, & confeſtim uiderunt & ſecuti ſunt eum.

a *Aßimilatum est regnum cœlorum.*] *Exponit Christus in fine huius parabolæ, quid per eam significetur, nempe quod multi nouißimi erunt primi, & contrà, & quod multi sunt uocati, pauci autem electi. Item quod fidentes gratia eius, plus sunt accepturi quàm ausi fuerunt petere, & quod merces dei non iuxta modum operum, sed iuxta bonitatem eius proueniat. Docet præterea hæc parabola nullos uenire in ecclesiam, nisi uocatos à deo: Docet omnes hypocritas esse mercenarios, qui uentris causa deo seruiunt, paciscentes cum eo pro mercede. Pij autem & ueri dei cultores, nullo interueniente pacto, totis uiribus deo seruiunt: & quicquid ille dat, suscipiunt non ut debitum sed ut gratuitum donum, scientes omnia ex dei gratia electis obuenire. Vnde & primis præferuntur, dum numeratur merces. Quod autem nouißimi, qui nihil ferè operati sunt, æquantur ijs qui totius diei onus & æstum portasse queruntur, ostendit Deum saluare hominem absq; respectu operum. Pij quidem agnita ueritate operari non desinunt, at propter opera nihil recipiunt, sed omnia gratiæ dei accepta referunt. Et id male habet eos, qui operibus suis confisi, plus sperauerunt accipere propter continuam corporum suorum castigationem, ieiunia, cœlibatum, & huiusmodi externa opera, propter quæ & in arrogantiam & contemptum aliorum inciderunt, murmurantes contra patremfamilias quod non respexerit ad opera eorum &c. Hi inquit Christus qui hic per hypocrisim sancti & primi reputati sunt, & uisi sunt habere multa merita, erunt nouißimi apud iustum iudicem, cum uenerit dare unicuiq; iuxta opera eius. De quibus operibus iam suprà diximus. Scripsimus & capite decimoseptimo de denario & monetis Hebræorum.*

b Multi *sunt uocati.*] *Quando Christus dicit, multos uocatos, paucos autem electos, loquitur de ea uocatione, qua ueritas hominibus annunciatur, non autem corda commouentur ad sequendũ Christum uocantem. Hæc cordis commotio est gratuita dei electio, à qua pendet, ut quis uocetur in uineam domini, operetur digne in ea atq;*

mercedem

mercedem tandem referat. Non enim est uolentis aut currentis, sed miserentis dei, alioquin hi qui hic commemorantur multum laborasse, reiecti non fuissent, si operibus nostris regnum dei posset acquiri.

c Nescitis quid petatis.] Petebant temporalem dignitatem & mundanum quærebant regnum, cum Christus loquutus esset de spiritali regno, sed quod percipere non possent, nisi prius paterentur persecutionem. Vnde interrogauit eos, num possent bibere calicem quem ipse erat bibiturus, & baptizari baptismo quo ipse erat baptizandus, intelligens per hæc supplicium, quod erat aditurus ex patris decreto. Calicis metaphora frequentissima est in scriptura, capiturq; pro חלק portione, bona uel mala: bona, ut Psal. 17. יהוה מנת חלקי וכוסי id est, dominus est donum portionis meæ atq; calicis mei: mala, ut Psal. 11. Spiritus tempestatis pars calicis eorum. Sic Isaiæ 51. multa dicuntur de calice furoris domini, & calice insaniæ. Sic Christus loquitur de calice passionis qui sibi erat ebibendus: docet & cuiq; suum ebibendum calicem, definitumq; diuinitus, quid quisq; & quantum patiatur mali, & nemini contingere gloriam Christi, qui non socius fuerit in tribulatione, Et quod subditur: Sedere ad dextram meam & ad sinistram, id non est meum ut dem uobis, sed quibus paratum est à patre meo: hunc habet sensum: primos esse in gloria mea & proxime mihi sedere, id iam petentibus non potest donari, cum ab æterno per patrem definitum sit, quibus id contingat. Per me quidem paratur aditus ad gloriam illam, ijs qui ad eam sunt electi, at donatio eius non est mei hominis, neq; à me iam exoranda. Dei munus hoc est, & decretum ab æterno qui ad illam sint admittendi.

d Principes gentium dominium habent in eas.] Vos inquit qui uocati estis ad negocium cœlorum, non debetis conformes esse principibus & magnatibus huius mundi. Illi subiectis dominantur & potestatem habent inter eos, uos autem contrà, omnibus debetis esse

subiecti ad seruiendum. imitantes me, qui non ueni ut ministretur mihi, sed ut ego ministrem alijs, & ponam animam meam pro ouibus meis. Nolite igitur uos decem irritari contra hos duos, qui nesciunt quid à me petierint, stultis inseruientes affectibus, quos longe abesse necesse est, ab eo qui maior cupit esse in regno cœlorum. Cæterum quãdo Christus dicit, Non sic erit inter uos, non prohibet inter Christianos magistratum, sed dehortatur ne Christianus quærat præcellentiam & ambiat potestatem. Alioqui si quis gerat magistratum, & gubernet oues Christi ad ipsius uoluntatem, quid is aliud facit, quàm quod seruit omnibus quos gubernat?



T cum appropinquassent Ierosolymis, & uenissent ad [a] Bethphagi ad montem oliuarum, tunc misit Iesus duos discipulos & ait illis: Pergite ad castellum quod est ante uos, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite ad me. Et si quis aliquid dixerit uobis, dicite quod dominus his opus habeat, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, ut impleretur id quod dictum est per prophetam dicentem:

ובשקרבו לירושלם
ויבאו אל בית־פאגי
אל הר הזיתים אז שלח
ישוע שני תלמידים ו
ויאמר אליהם: לכו אל
טירת שהיא לפניכם ו
ופתאום תמצאו את־א
אתון אסורה ועיר אתה
התירו והגישו אלי:
ואם איש מה יאמר
אליכם אמרו כי אדני
הצריך גם ומהר ישלח
אותם:
והזאת היתה
שיתקיים מה שנאמר
על ידי הנביא האומר

אִמְרוּ לְבַת צִיּוֹן הִנֵּה
מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ עָנִי ו
וְרוֹכֵב עַל חֲמוֹר וְעַל עַיִר
בֶּן־אֲתֹנוֹת׃ וַיֵּלְכוּ
הַתַּלְמִידִים וַיַּעֲשׂוּ כְּמוֹ
צִוָּה אוֹתָם יֵשׁוּעַ׃
וַיָּבִיאוּ אֶת אָתוֹן וְעַיִר
וַיָּשִׂימוּ עֲלֵיהֶם בִּגְדֵיהֶם
וַיַּרְכִּיבוּ אוֹתוֹ מִמַּעַל
וְרַבַּת כִּיתָּה פָּשְׁטוּ ב
בִּגְדֵיהֶם בַּדֶּרֶךְ וַאֲחֵרִים
כָּרְתוּ אֶת־עַנְפֵי מֵעֵצִים
וַיַּצִּיעוּ בַּדֶּרֶךְ וּכִיתּוֹת
אֲשֶׁר הָלְכוּ לְפָנָיו וא
וְאַחֲרָיו קָרְאוּ לֵאמֹר ה
הוֹשַׁעְנָא לְבֶן דָּוִד בָּרוּךְ
אֲשֶׁר בָּא בְּשֵׁם יְהוָה ה
הוֹשַׁעְנָא בָּעֶלְיוֹנוֹת׃
וּבְשֶׁבָּא אֶל יְרוּשָׁלַםִ
רָעֲשָׁה כָּל־הָעִיר לֵאמֹר
מִי הוּא׃ וְעַמִּים אָמְרוּ
הוּא יֵשׁוּעַ נָבִיא מִן־ב
נְצֶרֶת הַגָּלִיל׃ וַיָּבֹא
יֵשׁוּעַ אֶל הֵיכַל הא
הָאֱלֹהִים וַיַּשְׁלִיךְ לַחוּץ
כָּל־מוֹכְרִים וְקוֹנִים ב

tem:Dicite filiæ Zion, ecce rex tuus ueniet tibi, pauper & ſedens ſuper aſinum atq; ſuper pullum filium aſinarum. Et abiecerunt diſcipuli atque fecerunt ſicut præceperat illis Ieſus. Et adduxerunt aſinum & pullum, & poſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua, impoſuerũtq; eum deſuper: & multa turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia, alij autem reſecabant ramos de arboribus & ſtrauerunt in uia, & turbæ quæ præcedebant eum atq; ſequebantur, clamabant, dicentes: [b] Hoſana filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Hoſana in excelſis. Et cum ueniſſet in Ieruſalẽ, commota eſt uniuerſa ciuitas, dicens: quis eſt hic? Populi autẽ dicebãt: hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilęę. Et intrauit Ieſus in templũ dei, & [c] eijciebat omnes uendentes & emẽtes

in tẽplo, atq; menſas trapezitarũ & cathedras uendentiũ columbas euertit. Et dixit ad eos: ſcriptũ eſt, quod dom9 mea, domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanauit eos, Et uidentes principes ſacerdotũ atq; ſcribæ mirabilia quæ faciebat, & pueros clamantes in templo atq; dicentes, Hoſana filio Dauid, indignati ſunt & dixerunt ei: audis ne quid iſti dicunt? Ieſus uerò dixit ad eos: utiq;, non legiſtis, quod [d] ex ore infantiũ & lactentium fundaſti fortitudinem? Et relinquens eos abiit extra ciuitatem uerſus Bethaniam, manſitq; ibi. Et reuertens mane in ciuitatem, [e] eſuriit, uidensq; arborem fici iuxta uiam, uenit ad illam, ſed nihil inuenit in ea niſi folia tantum. Et ait illi: non

בהיכל ואת שלחנות
השלחנים ומושבי ה
המוכרים את יונים הוא
הפך: ויאמר אליהם נכתב
כי ביתי בית תפלה י
יקרא ואתם עשיתם א
אותו מערת הלסטסין:
ויקרבו אליו עורים
ופסחים בהיכל וירפאם:
ויראו שרי הכהנים
וספרים את פלאות ש
שעשה ואת נערים קוראים
בהיכל ואומרים הושענא
לבן דוד ויכעסו ויאמרו
אליו התשמע מה יאמרו
האלה: וישוע אמר
אליהם אין קראתם
כי מפי עוללים ויונקים
יסדת עז: ויעזב אותם
וילך לחוץ עיר אל בית
עניה וישב שם: וישוב
בבקר אל עיר וירעב ו
וירא את עץ תאנה על
הדרך ויבא אליו ולא
מצא בה כי אם העלים
לבדם: ויאמר לה לא

יֵצֵא מִמֵּךְ פְּרִי לְעוֹלָם ׃
הַלְּפִתְאוֹ׳ יָבְשָׁה הַתְּאֵינָה
וַיִּרְאוּ תַּלְמִידָיו׳ וַיִּתְמְהוּ
לֵאמֹר אֵיךְ לְפִתְאֹם׳ יָבְשָׁה
׃ וַיַּעַן יֵשׁוּעַ וַיֹּאמֶר
אֲלֵיהֶם אָמֵן אֲנִי אוֹמֵר
לָכֶם אִם תִּהְיֶה לָכֶם א
אֱמוּנָה וְלֹא תִסְתַּפְּקוּ א
אֵין לְבַד בִּתְאֵינָה תַּעֲשׂוּ
אֶלָּא אִם תֹּאמְרוּ לְהַר
הַזֶּה הִנָּשֵׂא וְהִשְׁתַּלֵּךְ ל
לַיָּם וְיִהְיֶה ׃ וְאֶת כָּל
אֲשֶׁר תִּשְׁאֲלוּ בִּתְפִלָּה ו
וּבֶאֱמוּנָה תִּקָּחוּ ׃ וּבְשֶׁבָּא
אֶל הֵיכָל נִגְּשׁוּ אֵלָיו כ
בְּאִיר הָיָה מְלַמֵּד שָׂרֵי
הַכֹּהֲנִים׳ וְזִקְנֵי הָעָם לֵאמֹר
בְּמָה יְכֹלֶת אַתָּה עוֹשֶׂה
הָאֵלֶּה וּמִי נָתַן לְךָ אֶת
הַיְכֹלֶת הַזֹּאת ׃ וַיַּעַן
יֵשׁוּעַ וַיֹּאמֶר לָהֶם א
אֶשְׁאַלְכֶם גַּם אֲנִי דָּבָר
אֶחָד וְאִם אַתֶּם תֹּאמְרוּ
לִי אוֹתוֹ גַּם אֲנִי אֹמַר
לָכֶם׳ בְּמָה יְכֹלֶת עָשִׂיתִי
הָאוֹתָם ׃ טְבִילַת יוֹחָנָן
מֵאַיִן הִיא אִם מִן שָׁמַיִם׳

prodeat ex te fructus in æternũ. Et continuo arefacta eſt ficus: quod uidẽtes diſcipuli mirati ſunt, dicentes: quomodo ſubito arefacta eſt? Et reſpondens Ieſus dixit ad eos: Amen dico uobis, ſi habueritis fidem & non hæſitaueritis, non ſolum in ficu facietis, ſed & ſi dixeritis monti huic, tollere & proijce te in mare, fiet. Et omnia quæ petieritis in oratiõe & fide, accipietis. Cumq; ueniſſet in tẽplum acceſſerunt ad eum docentẽ principes ſacerdotum, atq; ſeniores populi dicentes: [f] in qua poteſtate facis iſta? & quis dedit tibi hanc poteſtatẽ? Et reſpondens Ieſus dixit ad eos: interrogabo uos & ego uerbum unũ, & ſi uos dixeritis mihi, ego quoq; dicam uobis in qua poteſtate fecerim iſta. Baptiſmus Iohannis unde eſt, è cœlo an ex hominibus? At illi cogita-

uerunt inter se dicentes: si dixerimus, è cœlo, ipse dicet nobis, quare ergo non credidistis ei? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Quoniam Iohannes erat in oculis omnium ut propheta. Et respondentes dixerunt ad Iesum: nescimus. Et ipse quoq; dixit ad eos: nec ego dicam uobis, in qua potestate ista facio. Quid autem uidetur uobis? fuit homo quidam habens duos filios, & accessit ad priorem & ait: Fili mi uade hodie ad uineam meam ut opereris. Qui respondens ait: non faciam: & conuersus postea abiit. Et accedens ad alterum, dixit similiter. At ille respondit, & ait: uado domine, & non abiit. Vter ex his duobus fecit uoluntatem patris? Responderũt ei: primus. Dicit illis Iesus: amen dico uobis, quod publicani & meretrices præcedent uos in regno dei. Siqui-

אימן אנשי ורח חשבו
ביניהם ויאמרו אם נ
נאמר מן שמים יאמר
הוא לנו ומדוע אין ה
האמנתם לו ואם נאמר
מן אנשים נירא את
הביתה : כי בעיני הכל
היה יוחנן כמו נביא :
ויענו ויאמרו אל
ישוע לא ידענו : ויאמר
גם הוא אליהם ואין א
אני אמר לכם בבמה יכלת
עשיתי את האלה : ומה
נראה לכם היה אדם אחד
ולו היו שני בניו ויגש
אל הראשון ויאמר : בני
לכה היום אל כרמי ל
לפעול : והוא ענה ויאמר
אין אעשה וישוב אחרי
כן הלך : ויגש אל השני
ויאמר גם כן : והוא
ענה ויאמר אלך אדני
ולא הלך : מי מאלה
שנים עשה רצון אב :
ענו לו ראשון : ויאמר
אליהם ישוע אמן אני
אומר לכם כי בעלי ע

עבירת וזונות ילכו ל
לפניכם במלכות האלהי'
: כי בא אליכם יוחנן
בדרך הצדקה ולא הא
האמנתם לו אלא בעלי
עבירת וזונות האמינו
לו ואתם ראיתם ואין
עשיתם תשובה אחרי
כן להאמין לו: שמעו
משל אחר היה אדם ב
בעל־הבית והוא נטע
כרם ואת משוכה הקיף
לו ויחפר בו יקב ויבן
מגדל וימסר אותו ל
לכורמים לפעלו וילך
לגור:
ובשקרבה עת הפירות
שלח את־עבדיו אל ה
הכורמי' לקחת הפירותו
: והכורמים אחזו את ע
עבדיו הכו אחד ואחד
הרגו ואחד סקלו: עוד
שלח עבדי' אחרי' רבים
מראשונים והם עשו ל
להם גם כן: ובאחרית
שלח אליהם את־בנו
לאמר אולי ייראו את
בני:

dem uenit ad uos Iohannes per uiam iusticiæ, & non credidistis ei, publicani autem & meretrices crediderunt ei: uos uerò uidistis & non fecistis pœnitentiam postea, ut crederetis ei. Audite parabolam aliam: fuit homo paterfamilias,[g] qui plantauit uineam & sepem circumdedit ei & fodit in ea torcular, atque extruxit turrim, & tradidit eam uinitoribus ad colendum eam, & peregre profectus est. Cumq́ appropinquasset tempus fructuum, misit seruos suos ad uinitores, ut acciperent fructus eius. Et uinitores apprehenderunt seruos eius, unum percusserunt, alium occiderunt, alium uerò lapidauerunt. Rursum misit seruos alios plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime misit ad eos filium suum dicens: Fortassis reuerebuntur filium meum.

Vinitores uerò cum uidissent filium dixerunt intra se: hic est hæres, uenite occidamus eum, ut nostra sit hereditas eius. Et apprehendentes eum, duxerunt eum extra uineam & occiderunt. Itaq; cum uenerit dominus uineæ, quid faciet uinitoribus istis? Aiunt illi: malos perdet male, & uineam suam tradet pro mercede uinitoribus aliis, qui reddant ei fructum tẽporibus suis. Dixit præterea illis Iesus: Non legistis in scripturis, lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Propterea ego dico uobis, quod auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidẽ illum, confringetur: super quem autẽ ceciderit, conteret eum. Et cum audis-

ו. ורמים כשראו בן
אמרו בקרבם זה הוא
יורש הבה נהרגהו ולנו
תהיה ירשתו׃ ויאחזו
אותו ויוציאו לחוץ כ
כרם ויהרגהו׃ וכשיבוא
אדון הכרם מה יעשה
לכורמים האלה׃ אמרו
לו את רעים יאבד ב
ברעה ואת כרמו יתן
תחת שכר לכורמים א
אחרים שישיבו לו פרי
לעתותיהם׃ ויאמר
אליהם ישוע אין ק
קראתם בכתבים אבן
מאסו הבונים היתה ל
לראש פנה׃ מאת יהוה
היתה זאת היא נפלאת
בעינינו׃ ועל כן אני
אומר לכם כי תוסר מ
ממכם מלכות האלהים
ותנתן לגוי העושה פ
פירותיה׃ ומי שיפול
על אבן הזאת ישבר ו
ועל מי תפל תשבר א
אותו׃ וכששמעו שרי

sent

הַכֹּהֲנִים וּפְרוּשִׁים אֶת מְשָׁלָיו יָדְעוּ שֶׁיְּדַבֵּר ע עֲלֵיהֶם׃

וַיְבַקְשׁוּ לֶאֱחוֹז אוֹתוֹ וַיִּירְאוּ אֶת־ה הַכִּיתוֹת כִּי כְּנָבִיא הָיָה בְּעֵינֵיהֶן׃

ſent principes ſacerdotū atq; Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod loqueretur de eis. Et quærebant tenere eum, ſed timuerūt turbas, quoniam erat ueluti propheta in oculis eorum.

a Bethphagi.] *Etiam apud magiſtros Hebræorum in ſuis ſcriptis mentio fit huius nominis & loci. Et hic Chriſtus uoluit ante paſſionem ſuam exhibere populo ſpecimen quoddam regni ſui, bonis in confirmationem ſuæ fidei & malis in confuſionem. Et magnifica quidem hæc fuit pompa & uere regia, ſi ſpectemus applauſum populi ac uirtutem Chriſti, qua negociantes è templo eiecit, & ſe hoſtibus ſuis terribilem exhibuit, rurſum fuit & humilis, quando aſello inſedit dominus maieſtatis, atq; ſub forma ſerui ad templum domini uenit. Per primum oſtendit ſe omnem poteſtatem accepiſſe à patre, cui oporterent omnia cum uellet cedere: per alterum oſtendit uiam, qua oportet peruenire ad gloriam eius. Cæterum hæc longe ante de eo Zacharias cap. 9. prædixit, ubi oſtendit regiam Chriſti poteſtatem, quando dicit, Ecce rex tuus ueniet tibi: Et carnis humilitatem, quando ſubijcit, pauper & ſedens ſuper aſinum. Hunc locum cum Iudæi tam oſcitanter legerint, non eſt mirandum, quod Chriſtum noſtrum laceſſant quod ſuper aſinum animal immundum ſederit, quorum argumentum hic ſubſcribere dignabor, & deinde ſtulticiæ eorum reſpondebo:*

אם מְשִׁיחֲכֶם אֱלֹהִים לָמָּה רָכַב עַל בְּהֵמָה טְמֵאָה ו וַהֲלֹא צִוָּה כְּשֶׁנָּתַן הַתּוֹרָה לְיִשְׂרָאֵל גַּם הַצֹּאן וְהַבָּקָר אַל יִרְעוּ מוּל הָהָר הַהוּא · מָה אֲפִילוּ בְּהֵמָה טְהוֹרָה גָּזַר שֶׁלֹּא יִרְעוּ מוּל הָהָר ק״ו בְּהֵמָה טְמֵאָה וְכָאן הוּא רכב

דָּכַב בְּעַצְמוֹ עַל בְּהֵמָה טְמֵאָה ׃ תְּשׁוּבָה ׃ מִטַּעַם זֶה
צִוָּה בְּמַהֲךְ תּוֹרָה שֶׁלֹּא יִרְעוּ בְּהֵמָה אֵצֶל חָחָר בְּשַׁעַת
מַתַּן תּוֹרָה מִשּׁוּם יִהְיָתָה שַׁעַת הַהִיא טְהֹרָה וּקְדוֹשָׁה
שֶׁלֹּא יִהְיֶה שָׁם אַפִּים הִרְהוּר עֲבֵירָה לָבֵן הָיָה גּוֹזֵר
שֶׁלֹּא יִרְעוּ שָׁם אֲפִילוּ בְּהֵמָה טְהוֹרָה כִּי שֶׁמָּא יִהְיוּ
רוֹבְעִים זֶה אֵת זֶה וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל יִרְאוּ אוֹתוֹ וְיָבֹא
לָהֶן הִרְהוּר עֲבֵירָה וְלֹא יְקַבְּלוּ הַתּוֹרָה בְּלֵב שָׁלֵם
אֲבָל אֵצֶל הָאֱלָהוּת אֵין שַׁיָּיךְ הִרְהוּר עֲבֵירָה וְאַצִּילוּ
טְמֵאִין כִּטְהוֹרִין לָבֵן רָכַב עַל הַחֲמוֹר וְגַם גְּזֵירַת
הַכְּתוּב הוּא דִּכְתִיב עָנִי רוֹכֵב עַל הַחֲמוֹר וְאוֹתוֹ הַקְּרָא
קָאִי עַל מָשִׁיחַ ׃

Cæterum quod Christus sedit super pullum asinæ indomitum super quem nemo hominum adhuc sederat, & quod asinus à discipulis solutus continuo fuit dimissus, quando dixerunt dominum eo opus habere, hæc ostendunt potestati Christi omnia subiecta, quodq; sibi omnia simul ut uoluerit pareant & morem gerant.

b Hosana filio Dauid.] Quando Leuitici 23. *iubentur prima die tabernaculorum fieri fasces ex ramis palmarum, salicum citrorum & hadasi (sic enim uocatur species quædam arboris hebraice) & manibus gestari, sapientes* Hebræorum *ordinauerunt, octaua die illius solennitatis quæ est decimaquinta dies mensis primi, hoc est,* Tisri, *proprium fieri festum, in quo cum memoratis ceremonijs lectio quoq; illa* Psalmistæ, *Obsecro domine, salua quæso, obsecra domine, prospere age: benedictus qui uenit in nomine domini &c. publice proclamaretur: unde* Hebræi *sic scribunt.*

חכמים תקנו שיהא ניטל אגודת לולב בכל מקום
כל ז״ ימים וביום השביעי אומרים אָנָּא יְהֹוָה הוֹשִׁיעָה נָּא אָנָּא יְהֹוָה הַצְלִיחָה נָא ׃

Hanc

Hanc autem constitutionem uidemus quoq; in usu fuisse Israëlitis cum adhuc in captiuitate Babylonica essent, nam ex Thargũ Esther ita colligimus.

בחמשא עשר ביה מטלין מטללין איגר ביתיהון
לבוסתניא ושמטין לולבנא וקטפין אתרוגיא ו
ומפשחין הילפניא ועבדין לחון הושענא וקרין
בסיפריהון ומצלין ותדיין וחדרין בהושענא ורש
ושורין ומרקדין היך גדיין:

Cuius scripturæ hic est sensus, uerbũ è uerbo reddendo: In quintadecima in ipso (scilicet mense tisri) tegunt tuguria, tectum domorum suarum in hortis, & secant frondes palmarum atq; decerpunt citrea poma, abscindunt rosam marinam & faciunt sibi Hosana, leguntq; in libris suis & orant: lætantur & hilares sunt in Hosana, saltant & exiliunt sicut hœdi. Hinc uidere poteris lector, uocabulum hebraicum הושיעה נא *id est, hoschiana, uulgi more etiam apud Hebræos & ante Christum natum, corruptum fuisse, uel illos ipsum usurpasse Chaldaico more, & deinde abusos pro solennitate in qua cum ramis ceremoniæ fiebant, id quod & ferè apud Christianos inoleuit, qui octauum diem ante pascha uocant palmarum diem. Cum itaq; hoc loco populus uellet Christum honorare & cum triumpho deducere in Ierusalem, ignorantes impleuerunt prophetiam Dauidicam, occasione sumpta ex surculis ab oliuis decerptis & in uiam stratis, clamantes Osana, id quod iam consueuerant clamare in solennitate ramorum, quam ut diximus decimaquinta die mensis tisri quotannis celebrabant, & alio nomine* ערבה *id est, diem salicum uocant, de quo multa quoq; olim scripsi in Calendario meo hebraico. Hæc uolui paulò fusius scribere, quod scirem neminem antehac hũc locum satis explicuisse.*

c *Eijciebat omnes uendẽtes.*] *Ostendit Christus his factis, quanta esset omniũ rerũ potentia præditus, & quod uere impleuit uaticiniũ*

Haggæi,

Haggæi, Maior erit gloria huius domus posterioris quàm prioris, quantumlibet obstinati Iudæi id negent & tertiam futuram expectent, ex tribus patriarchis stulte colligentes tria templa, sed præstat hic hebraice scribere, quid stulti homines sentiant de his templis:

אמרו חכמים ז"ל אברהם קראו הר יצחק קראו שדה
יעקב קראו בית לפי שהוא היה בעל הבית ולכן ב
גלה אליו קדשתו ומעלתו ורמז עי אברדם קראו הר
ויצחק שדה וגו' לחורות לנו כי שלשה בתי מקדש
יהיו לישראל כנגד שלשה אבות השנים עתידים
ליחרב והשלישי לא יהיה חרב אלא יהיה קיים ל
לעולם כנגד הבית הראשון שעתיד ליחרב אמ' א
אברהם קראו הר שנאמר בהר ה' יראה וזהו הר הרב
ושוממם באומרים ז"ל במדרש תלים קולי אל ה' אקרא
כשבית המקדש קיים ומנין שכשהוא חרב שעונה
אותנו שנ' ויענני מהר קדשו סלה· וכנגד הבית
השני שעתיד ליחרב אמר יצחק קראו שדה שנ' ויצא
יצחק לשוח בשדה שהוא לשון גרר ולכן אמר הנ
הנביא ציון שדה תחרש· וכנגד הבית השלישי
שאינה חרבה לעולם אמר יעקב קראו בית שנאמר
יהיה בית אלהים שפירושו יהיה מכה החבר בית
אלהים לעולם שזהו כנגד הבית השלישי אש עליה
אמר גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון
וכתיב ואני אהיה לה נאום יהוה חומת אש סביב
ולכבוד אהיה בתוכה באומרו בית אלהים ועל זה
אמר מקדש ה' כוננו ידיך אבל שני הבתים הר
הראשונים היו בידי אדם ולכן לא היה להם קיום
וזה שאמר שוא עמלו בוניו בו· ולכן אמרו יעקב

קראו

קראו בית קיימת לעולם לא בראשונים שקראום
הר ושדה ולכן תמצא שאמר מיד אין זה כי אם בית
אלהים אין זה בראשונות שקראו הר ושדה אלא
בית אלהים סלה :

Monti Abraham aiunt successisse primum templum, agro Izhac secundum, & domo dei Iacob tertium. De primo dicitur in psalmo: Et exaudiuit me de monte sancto suo. De secundo, Et egressus est Izhac ut meditaretur in agro. &, Zion quasi ager arabitur. Et de tertio, Maior erit gloria domus huius nouissimæ quàm primæ. Item de hoc ultimo dicitur: Sanctuarium domini firmauerunt manus tuæ: & de alijs duobus; quod manibus hominum extructa fuerunt, & ob id consistere nequiuerunt, cum in uanum laborent homines in eo quod deus non firmat. En quàm apposite Hebræi intelligant scripturas, imò quàm misere torqueant renitentem, quæ tam aperte dicit eam domum nouissimam fuisse in qua Christus apparuit, docuit & miracula fecit. Sed de hoc supra multa scripsi ante initium sacri euangelij, ubi & Iudæis in sua lingua respondi.

d Ex ore infantium.] *Ex ore inquit infantium & lactentium fundasti fortitudinem, hoc est, fortitudo Christi tanquam insuperabilis & inuicta cunctis hostibus eius, testimonio infantium & lactentium fundata & confirmata est, de quo & multo gloriosius fuit exaltatus, quàm ab hostium suorum ignominijs deiectus. Discimus autem hinc, eos uere posse Christum prædicare, qui conuersi fuerint in puerilem humilitatem.*

e Esuriit.] *Voluit dominus hoc facto ostendere sterilitatem populi Iudaici, qui cum nunquam ferre uellet fructus pietatis, à Deo execratus fuit, ut radicitus exaruerit. Quod si agnoscerent, non usque adeo hic blasphemam linguam exererent contra magistrum ueritatis, sic arguentes:*

למה נרעב ישו׳ את״ למען תבשר וחלא ראינו במעשה

עה" שהיה בעיר ודם שעם מ' יום ומ' לילה מפני
שקרב אל השכינה וזה שאתה אומר שהוא עצמו
אותה למה נרעב בבשרו · ועוד שבא לראות עץ ת
תאינה אם יש שם תאנים וכי מאותו מקום שראה
האילן לא ידע אם בו תאנים ואת נגר הבשר דבר
זה וכי הבשר סבר כלום ויודע כלום והלא ידוע
לכל העולם שאין הבשר יודע כלום ואין מבין
כלום כא" הרוח ; ובזאת תימה אצלי אם הוא אלוה
ורוח אלוהים בו מדוע לא ידע מאותו מקום שאין
פרי שם · ועוד אם לא מצא פרי למה קלל האילן
שמא מתוך שטרחו לילך לשם בחנם עליו כעס וק
וקללו · והלא כתיב שצוה אל אפו' שלוש אהבו
את־אויביכם והטיבו את־שונאיכם והתפללו על
עושקיכם וברכו את אורריכם ומה האילן שלא פ
פשע כלום שלא שלח בעדו לתתל בו לומר בא ו
ואכול מפירותי למה קללו והובישו בלא דין ובלא
דברים ; ויל" שרצה משיחנו להראות במעשה הזה
בי עם יהודיים היה כמו אילן שבול בלא פירות
ובלא טובים מעשים ועל כן ארורם ויהיו ארורים
לעולם עד שלא ידעו את אדונינו משיחנו · התואת
אתה יהודי למה ישוע נרעב ולמה קלל האילן ·

Omnis qui uel mediocriter tenet hebraicam linguam, intelliget quid hic inimici Christi contra ipsum scribunt, nam facilis est huius hebraismi stilus, quibus & respondi ut calumniæ eorum merentur. Calumniam uoco, quando scribunt Christum irritatum contra arborem, quod frustra se fatigauerit diuertendo ab itinere ad eam, ac deinde fecerit contra præceptum suum, quando apostolis indixerit, ut

diligerent

diligerent inimicos suos & orarent pro calumniantibus eos, ipse autem reddidit malum pro malo, imo arbor nihil mali illi intulit, cum non uocauerit eum, ut ueniret & uesceretur fructibus eius &c. Sed facessant nugæ Iudæorum. Christus hic potissimum hoc unum docere uoluit discipulos suos, ut firmiter fiderent deo, pollicens sic omnia ipsis fore possibilia, ut nedum ficum subito aridum facerent, uerum & montes transferrent, imò nihil omnino esse quod non exoraturi essent, si modo id se exoraturos crederent.

f In qua potestate hæc facis.] *Stulta eorum interrogatio non digna erat responso diuino. Videbant enim & sentiebant Christum ea quæ faciebat facere diuina autoritate & uirtute, cui resistere nequibant, & adhuc quærunt in qua potestate ista faceret. Magna seueritate deijciebat æs in terram & mensas nummulariorum subuertit, improperauit illis quod ex domo dei facerent speluncam latronum, quod scilicet insidiarentur hominibus spoliandis in templo dei, sicut latrones id faciunt in speluncis suis, & cultum dei conuertissent in quæstum atque auariciæ crimen. Sed quid? Tanta uirtute increpiti, non solum impietatem suam non agnoscebant, sed magis contra monitorem efferebantur, quærentes quomodo eum perderent. Sed quia hora eius nondum erat, nihil contra ipsum potuerunt. Retundebat tamen eos alia quæstione, de baptismo Iohannis, qua innuit illum è cœlo fuisse, ipsos autem eum impie contempsisse. Cumque ad illam quæstionem respondere nollent, proposuit eis parabolam, facitque eos similes filio, qui iussus à patre in uineam abire, recepit id se facturum, nec fecit. Sic illi præ se ferebant obseruantiam præceptorum dei, sed longissimi erant ab ea, nec id agnoscere uolebant monitione Iohannis, sed nec exemplo eorum qui resipuerant ad prædicationem Iohannis, qui scilicet similes erant filio illi, qui patri negauerat in uineam abire, & postea pœnitudine motus, abijt tamen: per quem intelliguntur publicani & meretrices, qui primum perdite uixerunt, sed postea agnita sua impietate, conuerterunt se ad obedientiam Dei,*

En mirum dei iudicium. Infames publicani & meretrices præcedunt in regno dei principes sacerdotum & legis peritos, & fiunt ex nouissimis primi.

8 *Qui plantauit uineam.*] *Vinea ista est regnum dei, id est, cognitio & doctrina dei, quæ mandata fuerat populo Hebræo. Huius fructus, id est, uitam deo dignam, aliquoties deus per seruos suos prophetas exegit, sed frustra: quin & filium frustra misit. Vnde factum est, ut perditis ipsis uinea alijs collocaretur, & uerbum Dei gentilibus concrederetur, qui fructus dignos uerbo dei fecerunt, atq; ita regnum dei translatum est à Iudæis ad gentes, & impletum est illud prophetæ, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes &c. hoc est, is qui pro nihilo habitus est & quidem ab ædificantibus, id est, populi primoribus reiectus, ille à domino cunctis mirantibus omnium princeps constitutus est. Et si uultis scire, ego sum is lapis, quem pater in fundamentum Zion posuit: & qui ceciderit super hunc lapidem, hoc est, qui in me impegerit, confringetur. Nam qui me reiecerit aut impugnarit, is deum reijciet & impugnabit, eritq; illi nihil integrum & saluum. Porro qui eò insaniæ peruenerit, ut etiam gratiam oblatam oppugnet, super hunc lapis cadet, & à me iudicabitur in æternum suppliciū, totusq; in nihilum redigetur, id quod obstinatis Iudæis contigisse nemo ambigit, quantumlibet illi reclament & furant:*

יש להשיב לאותן מינין שאמרו לנו שבעון מיתת
ישו אנו בגלות זה והלא קודם שנולד היינו בגלות
ועוד שכן כתוב לחן בשעת מיתתו שבקש מאביו
ואמר אבי מחול להם מה שעושים כי כי אינם ה
יודעים מה עושים ועכשיו אני רואה אם האב ו
והבן דבר אחד הוא ורצון אחד יש להם שכל עון זה
נמחל להם : ויל" אמת הוא כי אתם וחודים עד
היום

היום הזה הייתם בגלות בעבור מיתת המשיח ולפי
שמאנתם להאמין בו שהוא באמת מושיע וגואל
העולם · וכשאתם אומרים כי הייתם בגלות קודם
שנולד ישוע גם הוא אמת כי הייתם בגלות בבל
אלא אין רק שבעים שנים וה׳ שלח אל אבותיכם
את נביאים שינחמו אותם כדי שלא יכלו בגלות
דבר הייתם בגלות אלף שנים וכמעט החמשה מאות
שנים ואין לכם שום הנביאה או׳ שום נחמה כי
ה׳ זנח אתכם מפניו לעולם עד שתשובו אליו ותכירו
את האדונינו ישוע המשיח אשר בדמו רחץ כל אדם
מחטאתו אשר יאמין בו ובמיתתו הוא התפלל ב
בעד כל אדם אפים בעד אויביו שלא יאבדו אם י
ישובו:

ויען ישוע ויאמר
עוד אליהם במשלים ל
לאמור:
נדמתה מלכות השמים
לאדם מלך שעשה החתנה
לבנו וישלח עבדיו ל
לקרא קרואי׳ אל החתנה
ואין אבו לבא: עוד
שלח עבדים אחרים ל
לאמור אמרו לקראים ה
הנה בריתי חביבותי ש
שורי וברבורי נטבחו ו



Eſpondit autem Ieſus & locutus eſt ad eos iterũ in parabolis dicens : [a] Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos, ut uocarent inuitatos ad nuptias, ſed nolebant uenire. Iterum miſit ſeruos alios dicens: Dicite inuitatis, Paraui prandium meũ, tauri mei & altilia mea occiſa ſunt,

& omnia ſunt parata, uenite ad nuptias. At illi neglexerũt & abierũt unus in uillam ſuam, & alius ad negociationem ſuam: reliqui uero appræhendentes ſeruos eius, contumelioſe interfecerunt. Et cum audiſſet rex, iratus eſt, mittensq; exercitus ſuos perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum combuſſit igni. Tunc ait ſeruis ſuis: nuptię quidem paratæ ſunt, ſed inuitati non fuerunt digni. Vos igitur abite ad exitus uiarũ, & omnes quos inueneritis uocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt malos atq; bonos, & impletæ ſunt nuptiæ ſedentium in accubitu. Et uenit rex ut uideret diſcumbentes, & uidens ibi hominẽ qui non erat ueſtitus ueſte nuptiali, ait illi: amice quomodo intraſti huc & nõ habes ueſtem nuptia-

וכל הם נכונים באו אל
החתנה ׃ והאלה התרשלו
וילכו אחד אל כפרו ו
ואחד אל סחורתו ויש
ושארים אחזו עבדיו ו
ובעשק הרגו ׃ וכשמע
מלך חרה אפו וישלח צ
צבאותיו ויאבד רוצחי
האלה ועירם שרף באש ׃
ואז אמר אל עבדיו אך
החתנה נכונה והקרואים
אין הגונים ׃ ואתם
לכו אל תוצאות הדרכים
וכל־שתמצאו קראו א
אל־החתנה ׃ ויצאו עבדיו
על דרכים ויאספו כל־
אשר מצאו את־רעים
ואת־טובים ותמלא ה
החתנה היושבים במ
במסיבה ׃ ויבא המלך
לראות היושבים וירא
שם את־אדם אשר לא
היה לבוש בשמלת ה
החתנה ויאמר אליו רע
היך באת הלם ואין לך
שמלת החתנה והוא נ

נאלם ׃ אז אמר מלך
לעבדיו אסרו ידיו ור
ורגליו ושלחוהו לחשך
החיצון שם יהיה בכי
וחירוק שנים כי רבים
נקראו ומעשים נבחרו ׃
אז הלכו פרושים וי
ויתיעצו כדי שילכדוהו ב
בדבר וישלחו אליו את
תלמידיהם עם־עבדי
הורודוס לאמר ׃ רבי
ידענו כי איש אמונים
אתה ודרך האלהים ב
באמת תלמד ואין עליך
עניין כל־האדם כי אין
תביט פני האדם ׃ ועל
כן אמור לנו מה נראה
לך המותר לתת מס ל
לקיסר או לא ׃ ויודע
ישוע רעתם אמר למה
תנסוני חנפים הראוני
את־טבע המס ׃ והם
הגישו לו זוז אחד ׃
ויאמר אליהם ישוע
למי יש צלם הזה וה
והכתיבה ׃ ויאמרו לו
לקיסר ׃

lem? At ille obmutuit. Tunc ait rex seruis suis: Ligate manus eius & pedes eius, & mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium: quia multi sunt uocati, pauci uerò electi. Tunc abeuntes Pharisæi inierunt consilium, ut illum caperent in sermone, & miserunt ad eum discipulos suos cum seruis Herodis dicentes: Magister, scimus quod homo uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de ullo homine, quia non respicis personas hominum. Et ob id dic nobis quid tibi uideatur, si licitum sit ut demus Cæsari censum, an non. Cognita autem Iesus malicia eorum ait: Quid me tentatis hypocritæ? osten dite mihi [b] numisma census. At illi attulerũt ei denariũ unũ. Et ait illis Ies9: cuius est imago hęc & inscriptio? Dicũt ei: cæsaris.

Tunc ait illis: date igitur
Cæsari quæ sunt cæsaris,
& deo quæ sunt dei. Quæ
cum audisset, mirati sunt,
& dimittentes eum abie-
runt. In illo die accesserũt
ad eum Zaducæi qui di-
cunt non esse resurrectio
nem, & interrogauerunt
eum dicẽtes: Rabbi,[c] Mo
ses dixit: si quis mortuus
fuerit non habens filium
accipiat frater eius uxo-
rem defuncti sibi in uxo-
rem, ut suscitet fratri suo
semen: nunc autem fue-
runt inter nos septem fra
tres, & primus cum duxis
set uxorem mortuus est
absque semine, reliquitq;
uxorem suam fratri suo.
Similiter secundus & ter-
tius, usq; ad septimum: &
post omnes mortua est &
mulier ipsa. In resurrecti-
one igitur cuius erit uxor
è septem illis? siquidẽ om
nes fuerunt mariti eius.
Et respondens Iesus di-
xit ad eos: uos erratis &
ignoratis scripturas atq;

או אמר אליהם לכן
תנו לקיסר אשר הם ל
לקיסר ולאלהים אשר
הם לאלהי׳ : ובשמעו
תמהו ועוזבים אותו
סרו : ביום ההוא קרבו
אליו צדוקים אשר הם
אומרים שלא תהיה ת
תקומה וישאלו לו ל
לאמר : רבי אמר משה
אם ימות איש ובן אין
לו יקח אחיו אשת המת
לו לאשה להקי׳ לאחיו
זרע ועתה היו ביננו
אחים שבעה וראשון כ
כשלקח אשה מת בלי
זרע ויעזב את־אשתו
לאחיו : כן שני ושלישי
עד השביעי ואחר הכל־
גם האשה מתה :
ובתקומה למי תהיה ה
האשה מן השבעה כי כ
כל היו בעליה : ויען
ישוע ויאמר אליהם א
אתם תועי׳ ואין יודעי׳
את־מכתבי׳ ואין את־

uirtutem

כח האלהי׃ כי בתקומת
אין יתחתנו ואין תא
תארשנה כי אם יהיו כ
כמו מלאכי האלהים ב
בשמים׃ ועל תקומת
המתי אין קראתם מה
שנאמר מאת האלהים
האומר אליכם אני אלהי
אברהם ואלהי יצחק ו
ואלהי יעקב ואין הוא
אלהי המתים כי אם ה
החיים׃ ובשמעו
הביתות תמהו על ת
תלמודו׃ והפרושים
כאשר שמעו כי הוא ה
החשה לצדוקים נוסדו
יחד וישאל לו אחד מ
מהם והוא מלמד הת
תורה וינסהו רבי אי זו
מצוה גדולה בתורה׃
ויאמר לו ישוע תאהב
את יהוה אלהיך בכל
לבבך ובכל נפשך ו
ובכל מאדך׃ זאת
גדולה וראשונה מצוה
ושנית נדמתה לזאת

uirtutem dei. Quoniam in resurrectione non nubent neq; desponsabuntur, sed erunt sicut angeli dei in cœlis. Et de resurrectione mortuorũ non legistis id quod dictũ est à deo dicente uobis, Ego sum deus Abrahã & deus Isahac atque deus Iacob? non est autem ille Deus mortuorum, sed uiuentiũ. Et cum audissent turbæ miratæ sunt de doctrina eius. Pharisæi autem cum audissent quod compescuisset Zaducæos conuenerunt in unum, & interrogauit eum unus ex eis, qui erat doctor legis & tentauit eum: magister, quod est præceptum magnum in lege? Et dixit illi Iesus: diliges dominum deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua, & [d] in tota uehementia tua. Hoc est magnum & primum præceptum, secundum autem simile est ei: diliges proximum tu-

um sicut teipsum. In his duobus mandatis pendet tota lex & prophetæ. Et cũ congregati essent Pharisæi, interrogauit eos Iesus dicens: [c] Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ipse uerò dixit ad eos: Et quomodo uocat eum Dauid in spiritu dominũ suum, dicens Dixit dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominum suum, quomodo filius eius est? Et nemo erat, qui posset ei respondere uerbũ, nec quisquã uolebat eum amplius interrogare ex eo die.

תאהב את רעך כמוך׃
באלה שתי המצות
תלויה כל תורה והנ
והנביאים׃ ובהקבץ
הפרושים שאל להם י
ישוע לאמר מה נראה
לכם על משיח למי בן
הוא׃ ויאמרו לו דויד׃
והוא אמר אליהם והיך
דויד ברוח קורא לו א
אדניו לאמר נאם יהוה
לאדני שב לימיני עד
אשית איביך הדם ל
לרגליך׃
ואם דויד קרא
לו אדניו היך הוא בנו׃
ואין היה שיוכל
להשיב לו דבר ואין א
איש רצה עוד לשאל מ
ממנו מהיום ההוא׃

[a] *Simile factum est regnum cœlorum.*] *Monuit dominus in hac parabola Iudæos futuræ eorum ultionis, qui uocati ad ecclesiam & beatas nuptias, respuerunt gratiam dei, nolentes uenire ob amorem studiumq́ præsentium rerum, quin & quidam cum iniuria occiderunt eos per quos dominus illis hanc obtulit gratiam. Quod autem rex post ultionem sumptam de hostibus suis, misit seruos in exitus uiarum, & illi adduxerunt bonos ac malos, significat plurimos*

translato

translato ad gentes euangelio, regno dei adducendos, multos quidem uocatos sed paucos electos, id quod & eiectio illius ostendit qui ueste caruit nuptiali, hoc est, certa fide in Christum.

b Numisma census.] De censu & denario atq; monetis Hebræorum diximus nonnihil supra capite decimoseptimo.

c Moses dixit.] De hac lege scripsit Moses Deut. 25. quæ ob id lata fuit, ut hæreditates manerent impermixtæ & quælibet familiæ suas possiderent. Voluit enim dominus consulere familiarum perpetuitati & legitimæ hæreditatum successioni. Cæterum Zaducæorum opinio crassior fuit quàm quæ apud dei fideles locum habere debuerat. Sed ignorabant miseri homines scripturam & uirtutem dei, ideo facile labi potuerunt tam fœde, dei opera iuxta carnem metientes. Discitur ex hoc loco, nos in futuro seculo uitam angelicam uicturos, alienam scilicet ab omni corruptione & generatione, non morientes neq; nubentes.

d In tota uehementia tua.] In hebræo est מאד ualde, & est sensus, quod omne & præcipuum hominis studium ad hoc est destinandum, ut deus ab eo syncere diligatur, illumq; omnibus rebus anteponat & cunctæ uires eius ad dei placita rapiantur, sicq; tota eius mens sit in cogitanda ineffabili eius uirtute & bonitate, ut nihil sit in homine quod non conuertatur ad dei uoluntatem, exprimatq; illius beneplacitum. Quod autem dominus mandatum de dilectione proximi simile facit primo mandato, colligitur hinc, quod æque in hoc sicut illo tota uitæ perfectio continetur: quemadmodum & Paulus Rom. 13. totam legem impleri testatur in mandato dilectionis.

e Quid uobis uidetur de Christo.] Voluit Christus hac quæstione ostendere, quantum situm esset in agnitione sui, quippe quod ab eo solo expectanda esset iustificatio ipsa, & ipse dare posset uires & facultatem ad implendum legem, quantumlibet Pharisæi frustra gloriarentur de sua sanctimonia & impletione legis. Volebat quoq; ostendere

se esse

se esse præstantiorem Dauide, quippe qui uenerat ut rex spiritalis ad purgandos animos. Excellentiam suam ex eo probauit, quod Dauid in spiritu ipsum appellarit Dominum suum, quod pater filium non appellasset, nisi se maiorem agnouisset. Hæc cum audissent Iudæi sui temporis nihil respondere poterant, sicut nec Iudæi nostri temporis ad id respondere possunt nisi conuitia quædam, irridentes sanam & ueram Christi doctrinam per hæc uerba,

